

Clemens VI.

Nach **OL 778**. Abweichungen und Fehlstellen, außer wenn speziell vermerkt, nach **Mainz 39**, auf die jeweils stellvertretend für alle anderen Textzeugen verwiesen wird.

Regule^a date per dominum Clementem papam^b VI^c

^a Regule *Augsburg 10, VL 6165 int. 3, Ivrea 54, Paris 14457, Trier 954 int. 2* Incipiunt regule; *München 3871* Hic incipiunt

^b papam *fehlt Wien 5474*

^c Regule – VI *Mainz 39; Augsburg 117, Berlin 861, VL 3987, Eichstätt 478, Kiel 103, Köln 25b, München 16433, St. Paul 142* Dominus Clemens papa VI bzw. sextus; *PL 647, PL 685, München 3063, München 5313* Regule Clementis pape sexti; *VL 2665, VL 4989, VL 4990, VL 6165 int. 1, Firenze 103, Madrid 55, München 15601, Trier 954 int. 1, Wolfenbüttel 382* Regule domini Clementis pape sexti bzw. VI; *VL 3983, Göttingen 55, Halle 76, Hildesheim 665, Paris 4121* Clemens VI bzw. sextus; *Kraków 391, Leipzig 1665 (nachgetragen), Trier 947, Wien 215* Clemens papa VI; *Kraków 1288* Sequuntur regule domini Clementis pape VI; *Napoli 12* Domini Clementis pape VI; *papam VI fehlt Napoli 20; VI Augsburg 10, Budapest 81, Dresden 87, Graz 708, Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Ivrea 54, Mainz 1162, Opava 9, Prag 39, Wien 443, Wien 5102, Zeitz 13* sextum; *Budapest 81* folgt in Cancellaria servande et tenende in Cancellaria edite per dominum; *Graz 708* folgt in Cancellaria servande et tenende in Cancellaria; *Mainz 1162, Prag 39, Prag 45* folgt servande in Cancellaria; *ohne Überschrift sind Berlin 210, OL 778, Maribor 120, Oxford 72*

Anonym

Observate tempore Martini^{a1}.

¹ **Vgl. Martin V. OT Nr. 8;** bezieht sich auf die in der Hs. enthaltenen Regeln

^a Observate – Martini VL 4990 am Rand neben der ersten Regel

1.

Pater sanctissime. Dudum sanctitati vestre exposito pro parte T. de Bunicuria canonici Tullensis¹, quod parochialis ecclesia de .., quam de facto detinebat et detinuit occupatam quidam H. olim ipsius ecclesie rector, ex eo vacaverat et vacabat, quia dictus H. omni legitimo impedimento cessante non fecerat se infra tempus statutum a iure in presbiterum ordinari, eadem sanctitas mandavit vocato dicto H. et aliis evocandis, si predicta invenirentur veritate fulcita et tempore date ipsius gratie in eadem ecclesia non esset ius alicui specialiter acquisitum, etiamsi esset sedi apostolice reservata, eidem T. dictam ecclesiam auctoritate apostolica conferre^a. Verum, pater sanctissime, cum supradictum cum predicto^b H. occupatore et detentore oporteat litigare et idem T. contemplatione ipsius ecclesie iam ad duos sacros ordines sit promotus timeatque propter circumventiones et subreptiones, que fiunt eidem T.^c, ne vestra sanctitas alicui alteri faciat gratiam de eadem

¹ *Toul, Lothringen, Frankreich.*

ecclesia cum illa clausula „Si non sit in re ius alicui specialiter acquisitum“ et ante provisionem fiendam dicto T. ordine superius memorato, supplicat sanctitati vestre, quod, cum gratiam principalem^d deceat esse mensuram, eidem T. pio compatiante affectu dignetur eadem sanctitas super hoc de opportuno remedio providere et, si videtur eadem sanctitas decernere prefatam gratiam perinde sortiri effectum ex nunc in eventum predictarum conditionum, ac si in predicta ecclesia eidem T. in re ius esset tempore date gratie supradicte specialiter acquisitum, et, cum super prefata controversia supradictus T. propter potentiam adversarii non speret in partibus obtinere iustitie complementum, dignetur eadem sanctitas dictam causam committere alicui de auditoribus vestri sacri Palatii cum potestate audiendi et exequendi gratiam supradictam, prout est in talibus fieri consuetum, cum emergentibus, dependentibus et connexis et cum potestate citandi extra curiam et ad partes, quotiens opus erit, non obstante quod prefate cause non sint ad Romanam curiam legitime devolute et in eadem curia pertractande.

Declaravit dominus noster et in isto casu et aliis similibus, vel cum reservat beneficium conferendum certe persone, cum vacabit per consecrationem vel assecutionem alterius beneficii, vel alias, quod secunda gratia non valeat, nisi fieret mentio in eadem de prima. XIII kalendas iulii anno nono².

² 1350 Juni 19.

^a conferre OL 778 conferent

^b predicto OL 778 predictum

^c T OL 778 S

^d principalem OL 778 principis

2.

DE CLAUSULA „NON OBSTANTIBUS RESERVATIONIBUS“ IN LITTERIS EXPECTATIONUM NON PONENDA^a.

OL 778.	Alle anderen Textzeugen.
XIII kalendas aprilis pontificatus sui anno VIII ¹ , mandavit dominus noster papa, quod non ponatur in litteris cuiuscumque de beneficio vacaturo „Non obstantibus reservationibus factis“, quamvis in	Ordinavit ^b idem dominus ^c Clemens ^d , quod in aliquibus litteris ^e gratiarum ^f expectationum per eum concedendarum non ponatur ^g „Non obstantibus reservationibus ^h per eum factis ⁱ “, quamvis in petitionibus ^j super hoc ^k

¹ 1350 März 19.

petitionibus hoc esset ‹petitum› et manu sua contineatur. Et hoc ad futura non ad preterita extendatur.	signatis hoc ^l peteretur expresse ^m vel etiam manu propria concederetur per eundem ⁿ .
---	---

- ^a De – ponenda *Zeit* 13; *München* 3063 In expectativis non ponitur „Non obstantibus reservationibus“, etiamsi petitur et papa signat; *VL* 4988 Quod in litteris expectationum non ponatur clausula „Non obstantibus reservationibus“; *VL* 6165 int. 1 (in den Text gerutscht), *Dublin* 11059, *Napoli* 12 Nota reservationes Clementis VI in expectationibus non tolli; *Göttingen* 55 Ordinatio Clementis de clausula „Non obstante reservatione“ ponenda; *Paris* 4121 Non debet poni in litteris „Non obstantibus reservationibus“, etiamsi concedatur a papa; *Wien* 5474 Quando peteret „Non obstantibus reservationibus“, non datur in expectativis
- ^b Ordinavit *Ivrea* 54, *Oxford* 72 Item ordinavit
- ^c *Budapest* 81, *Graz* 708, *Kraków* 1288, *Mainz* 1162, *Maribor* 120, *München* 16433 folgt noster
- ^d idem – Clemens *Augsburg* 10, *Berlin* 210, *PL* 685, *VL* 6165 int. 3, *Göttingen* 55, *Hildesheim* 665, *Ivrea* 54, *Kraków* 391, *München* 3871, *Napoli* 20, *Paris* 1461, *Paris* 14457, *Prag* 45, *Trier* 954 int. 2, *Wien* 215, *Wolfenbüttel* 382 dominus Clemens papa sextus bzw. VI; Clemens fehlt *Oxford* 72
- ^e litteris fehlt *Augsburg* 117, *Eichstätt* 478
- ^f gratiarum fehlt *München* 3871
- ^g *Budapest* 81, *Graz* 708, *Mainz* 1162 folgt quod sequitur
- ^h reservationibus *Wien* 443 revocationibus
- ⁱ obstantibus – factis *Paris* 1461 obstante reservatione per eum facta; *PL* 647 folgt seu; *Prato* 1787 folgt et faciendis
- ^j petitionibus *Budapest* 81, *Graz* 708, *Mainz* 1162, *Wolfenbüttel* 382 supplicationibus
- ^k super hoc fehlt *Mainz* 1162; *Paris* 4121 per eum; hoc fehlt *Napoli* 20, *Oxford* 72
- ^l *Augsburg* 10, *Ivrea* 54 folgt non
- ^m expresse *Mainz* 1162 et expressa
- ⁿ per eundem fehlt *Mainz* 1162, *Oxford* 72

3.

Idus iulii anno primo¹, reservavit dominus noster omnia beneficia ecclesiastica, cuiuscumque conditionis existant, omnium et singularium familiarium et servitorum suorum presentium.

Guillelmus² electus Cesaraugustensis^a.

¹ 1342 Juli 15.

² Guillaume d'Aigrefeuille.

^a Layoutendnote

4.

4A. OL 778.

Berlin 661, fol. 157v; *Ross.* 1035, fol. 14v; *Kassel* 59, fol. 58r; *Regest: Nova Alamanniae* 2/2 S. 924 Nr. 1577.

CUM SICUT MULTORUM.

III nonas octobris pontificatus domini nostri Suspendit reservationes speciales per eum pape Clementis VI anno VI¹, idem Clemens factas per annum et vult, quod expectantes relaxavit reservationes speciales factas et huiusmodi beneficia possint acceptare sibi-faciendas per ipsum usque ad annum in que facere provideri^a de eisdem^b.

forma, qua alias relaxavit, exceptis canonicatibus et prebendis ecclesiarum cathedralium, et intelligit, quod ista relaxatio non extendat se ad beneficia, que ante presentem relaxationem vacaverunt, prout etiam de alia intellexit.

¹ 1347 Oktober 5.

^a facere provideri *Berlin 661* providere

^b eisdem *Ross. 1035* ord(ine)

4B. RA 93, fol. 30r; **RV 141 Rubr.**, fol. 64r; **RV 141**, fol. 291v; **RV 181 Rubr.**, fol. 1r Nr. 15; **RV 181**, fol. 7r; **Druck:** *LUX, Constitutionum S. 95f. Nr. 42 (nach RV 141); Clément VI, Lettres closes ... à la France 2 S. 389f. Nr. 3497 (nach RA 93/RV 141/RV 181).*

ITEM AD FUTURAM REI MEMORIAM. SUPER REVOCATIONE RESERVATIONUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Cum sicut multorum assertio nostrum frequenter pulsavit auditum, nonnulli tam in speciali quam in communi pauperum forma auctoritate litterarum nostrarum beneficia ecclesiastica in diversis mundi partibus expectantes propter reservationes de beneficiis factas huiusmodi in assecutione beneficiorum, que alias ipsis, nisi eis reservationes obstitissent^b huiusmodi, debebantur, fuerint impediti, nos expectantibus ipsis benigno compatientes affectu volumus et auctoritate apostolica presentium tenore decernimus, quod tam ipsi quam posteri prebendas in quibuscumque collegiatis ecclesiis ac alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura ubilibet expectantes perinde usque ad unum annum a data presentis constitutionis nostre in antea computandum huiusmodi prebendas earundem ecclesiarum et beneficia ipsa cum cura vel sine cura, quorum tamen beneficiorum fructus, redditus et proventus, si cum cura, sexaginta, si vero sine cura fuerit, quadraginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excedant, si qua vacant ad presens vel cum vacaverint, alias tamen eis vigore litterarum nostrarum debita acceptare ac executores ad executionem predictarum litterarum eis deputati de illis providere ipsis ac ad ulteriorem executionem litterarum predictarum procedere iuxta earum formam libere valeant, non obstantibus quibuscumque

reservationibus specialibus de prebendis ac beneficiis ipsis per nos factis et in antea faciendis, ac si de prebendis et beneficiis ipsis nulla specialis reservatio facta foret. Nostre tamen intentionis existit, quod voluntas et constitutio nostre huiusmodi ad prebendas et beneficia huiusmodi, que ante hodiernam diem vacaverunt, quamquam de illis nondum fuerit ordinatum, et ad prebendas, que obtinentes vel obtenturi dignitates, personatus et officia sive administrationes in eisdem ecclesiis tempore vacationis prebendarum huiusmodi obtinebant vel obtinebunt in posterum^c, quamquam prebende ipse dignitatibus, personatibus et officiis ipsis minime sint unite, et ad quecumque regularia beneficia nullatenus extendantur. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Datum Avinionne, III nonas octobris anno sexto¹.

¹ 1347 Oktober 5.

^a Item - reservationum RV 141; RV 181 Rubr. Ad futuram rei memoriam suspenduntur reservationes sub certis conditionibus ad tempus

^b obstitissent RV 141 abstitissent

^c vel - posterum *fehlt* RV 141

5.

Item declaravit, quod, si ipse beneficium alicuius viventis, quem credit esse defunctum, alicui conferat, beneficium ipsum intendit a die collationis huiusmodi reservare, licet ipsa collatio viribus non subsistat.

6.

6A. OL 778.	Berlin 661 , fol. 157v; Ross. 1035 , fol. 14v; Kassel 59 , fol. 58r; Regest: Nova Alamanniae 2/2 S. 828 Nr. 1513 .
Die VII maii, reservavit dominus Clemens VI, pontificatus sui anno primo ¹ , omnes et singulas ecclesias tam cathedrales quam alias et cetera beneficia ecclesiastica vacantia tunc et in antea vacatura, que generaliter vel specialiter fuerant per	DUDUM FELICIS RECORDATIONIS ^a . Declarat reservationem beneficiorum factam per Benedictum XII per ipsius mortem non expirasse et hoc quoad ipsa beneficia ipso vivente vacantia ^b .

¹ 1343 Mai 7.

dominum Benedictum predecessorem suum reservata pontificatus sui anno primo ² .	
---	--

² 1335 Januar 8 – 1336 Januar 7.

^a Dudum - recordationis fehlt Berlin 661

^b quoad - vacantia Berlin 661, Ross. 1035 quantum vivente vicario

6B. RV 152 Rubr., fol. 2r Nr. 9; **RV 152**, fol. 9r; **RV 214**, fol. 14v; **OL 778**, fol. 57r-57v; **Mainz 463**, fol. 70v-71r (= a), fol. 73r-73v (= b, durchgestrichen mit Vermerk superscriptum est); **Druck: LUX, Constitutionum S. 78f. Nr. 26 (nach RV 214); Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France Bd. 1 Sp. 2 Nr. 3 (nach RV 152/RV 214).**

AD FUTURAM REI MEMORIAM. DECLARATUR PRELATURAS ET BENEFICIA PER DOMINUM PAPAM BENEDICTUM RESERVATA TEMPORE OBITUS EIUS VACANTIA SIC FORE PER EIUS RESERVATIONEM AFFECTA, QUOD NULLUS PRETER ROMANUM PONTIFICEM EA VICE POTUIT NEQUE POTEST DE ILLIS DISPONERE QUOQUO MODO^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dudum felicitis recordationis Benedictus papa XII predecessor noster nonnullas tam patriarchales, archiepiscopales, episcopales^b et abbatiales quam alias dignitates nec non personatus, officia, canonicatus, prebendas et alia beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura tunc vacantia et in posterum vacatura, certis modis vacationum expressis intendens de illis per sedis apostolice providentiam ordinari dispositioni, provisioni et ordinationi sue^c, donec miserationis divine^d clementia eum universalis ecclesie regimini presidere concederet, quedam ex eis generaliter, aliqua vero^e specialiter, inhibitione ac decreto super hiis interpositis, reservavit^f, quorum quidem dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum, prebendarum et beneficiorum ecclesiasticorum reservatorum, ut prefertur, per eum nonnulla tempore sui obitus iam^g vacabant, de quibus per eum, dum vixit, nequaquam extitit ordinatum. Cum autem, sicut intelleximus, ab aliquibus in dubium revocetur, an post dictum obitum aliquis preter Romanum pontificem de huiusmodi dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, prebendis et aliis predictis beneficiis ecclesiasticis sic, ut premittitur, reservatis et tempore obitus predecessoris eiusdem vacantibus disponere potuerit sive possit, nos attendentes verba huiusmodi scilicet „Donec miserationis divine clementia“ et cetera in reservatione predicta¹ contenta sano posse intellectu referri dumtaxat ad beneficia, que essent eiusdem predecessoris obitus tempore^h vacatura, conside-

¹ = *Benedikt XII. Nr. 35B.*

rantes quoque, quod ipseⁱ intendebat, ut superius est premissum, de huiusmodi dignitatibus, personatibus, officiis^j, canonicatibus, prebendis et beneficiis per sedis apostolice providentiam ordinari et quod non est verisimile, quod ipse alterius quam sue conditionis vellet successores suos existere in hac parte. Ad tollendum^k omnis ambiguitatis^l scrupulum tenore presentium declaramus patriarchales, archiepiscopales, episcopales et abbatiales dignitates ac personatus, officia, canonicatus, prebendas et beneficia alia^m supradicta, que sic reservata per ipsum predecessorem temporeⁿ, quo ipse fuit ab hac luce subtractus, vacabant, remansisse ac remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere quoquomodo, decernentes irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel contigerit in posterum attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis et constitutionis^o infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, XIII kalendas iunii^p pontificatus nostri^q anno primo².

² 1342 Mai 20.

^a Ad - modo RV 152 Rubr.; Mainz 463(a) Reservatio omnium dignitatum et beneficiorum

^b episcopales *fehlt* RV 152

^c sue *fehlt* Mainz 463(b)

^d divine Mainz 463(b) divina

^e vero RV 152 non

^f in extravaganti, que incipit „Ad regimen ecclesie“ circa finem

^g iam *fehlt* Mainz 463(a)

^h Mainz 463(a) *folgt* vacantia vel

ⁱ quod ipse *fehlt* Mainz 463(a)

^j officiis Mainz 463(a) officiorum

^k Mainz 463(a) *folgt* enim

^l omnis ambiguitatis Mainz 463(a) omnem ambiguitatem

^m alia *fehlt* Mainz 463(a)

ⁿ Mainz 463(a) *folgt* suo

^o constitutionis Mainz 463(a) voluntatis

^p XIII - iunii Mainz 463(a) XII - ianuarii

^q pontificatus nostri *fehlt* RV 152, RV 214

7.

XII kalendas ianuarii anno primo¹, dominus noster reservavit sue dispositioni omnes et singulas ecclesias archiepiscopales et episcopales seculares et regulares insule Sardinie.

Guillelmus² Foroiuliensis^a.

^a *Layoutendnote*

¹ 1342 Dezember 21.

² *Guilielmus de Albussaco.*

8.

Dominus Clemens papa VI, anno VI pontificatus sui¹, mandavit, quod in litteris gratiosis in gratia speciali, in quibus mandatur alicui de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura provideri in provinciis, in quibus datur marcharum taxatio, detur summa XXV marcharum in beneficio curato et XVIII marcharum in beneficio sine cura^a.

¹ 1347 Mai 19 – 1348 Mai 18.

^a *Layoutendnote*

9.

Item VII kalendas aprilis¹, mandavit dari religiosis in expectationibus eorum octuaginta librarum tam de curato quam <de> non curato beneficio.

¹ 1347 März 26.

10.

Die XII mensis martii anno pontificatus domini Clementis pape VI tertio¹ fuerunt reservata per eundem dominum nostrum omnia et singula beneficia quorumcumque clericorum beneficiatorum sive beneficiandorum cuiuscumque provincie et diocesis existant cum uxoribus <matrimonia> contrahentium. Ponatur in litteris in casu huiusmodi faciendis, ubi dicitur „Cum uxoribus matrimonia contrahentium“.

Vester *Guilielmus*² electus Cesaraugustensis^a.

¹ 1345 März 12.

² *Guillaume d'Aigrefeuille.*

^a *Layoutendnote*

11.

XXIII die augusti anno VI¹ dominus noster reservavit omnes dignitates, personatus, ecclesias et quecumque alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, quocumque

¹ 1347 August 23.

nomine censeantur et ubicumque consistant, que tunc obtinebant vel in posterum obtinerent clerici recipientes cingulum militare.

Vester G(uilielmus)² electus Cesaraugustensis^a.

² *Guillaume de Aigrefeuille.*

^a *Layoutendnote*

12.

Druck: *Nova Alamanniae 2/2 S. 828f. Nr. 1514 (nach Kassel 59).*

Dominus noster precepit domino I(terio)^a abbati Cluniacensi¹, XIII die^b iunii^c anno primo², quod scriberet^d, quando^e ipse dat licentiam permutandi beneficia reservata in curia vel extra, quod nihilominus vult et volebat, quod illa^f eadem beneficia sic permutata remaneant^g reservata sicut prius, et ea reservabat^h.

Vester G(uilielmus)³ electus Cesaraugustensisⁱ.

¹ *Iterius.*

² *1342 Juni 13.*

³ *Guillaume d'Aigrefeuille.*

^a *domino Iterio fehlt Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59*

^b *die fehlt Ross. 1035; Berlin 661 kalendas*

^c *XIII – iunii fehlt Kassel 59*

^d *OL 778, Kassel 59 folgt quod*

^e *quando fehlt Kassel 59*

^f *illa fehlt Berlin 661, Ross. 1035*

^g *remaneant Ross. 1035 maneat*

^h *sicut - reservabat Berlin 661, Ross. 1035 et reservavit*

ⁱ *Vester – Cesaraugustensis fehlt Kassel 59; Cesaraugustensis Berlin 661, Ross. 1035 Qquam ingusten. (!)*

13.

Reservata fuerunt omnia beneficia ecclesiastica, etiamsi monasteria aut abbatie fuerint, omnium peregrinorum, qui in itinere Romanam curiam eundo, redeundo vel illuc stando pro lucranda sancta indulgentia obierint, VIII kalendas septembris anno VIII¹.

Vester G(uilielmus) episcopus Lexovinensis^{a2}.

¹ *1349 August 25.*

² *Guillaume de Charmont.*

^a *Layoutendnote*

14.

Reservavit dominus noster, XIII kalendas aprilis pontificatus sui anno VI¹, beneficia ecclesiastica capellanorum commensalium fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium, qui ingruente in Romana curia mortalitatum et infirmitatum peste de dicta curia discesserunt et quos inde discedere contingeret in futurum huiusmodi peste durante, cum ipsa beneficia per obitum capellanorum ipsorum, sicut prefertur, discedentium ubicumque vacare contingeret^a.

¹ 1348 März 20.

^a Layoutendnote

15.

Mandavit dominus noster dominus Clemens papa VI, videlicet V idus septembris pontificatus sui anno octavo¹, ne transiret de cetero aliqua gratia in Cancellaria cum clausula „Etiam in ecclesia cathedrali“, nisi ipse poneret expresse. Et hoc scripsit in quadam supplicatione, in qua conquerebantur decanus et capitulum ecclesie Parisiensis² de impetrationibus in eorum ecclesia cathedrali^a.

¹ 1349 September 9.

² Paris, Île-de-France, Frankreich.

^a Layoutendnote

16.

Dominus abbas sancti Benedicti¹ mandavit, quod doctores et officiales ac etiam capellani domini pape non examinentur^a.

¹ Petrus, Abt von Fleury.

^a Layoutendnote

17.

<p>RA 108, fol. 1r (Rubrik), fol. 119r-119v; RV 195 Rubr., fol. 5v Nr. 14; RV 195 fol. 170r-170v; Teildruck: Lux, Constitutionum S. 81f. Nr. 28 (nach RA 108); Regest: Bullarium Poloniae 2 S. 71 Nr. 426.</p>	<p>OL 778.</p>
<p>ARNALDO DE CAUSINA PROVIDIT DE CANONICATU ET PREBENDA ECCLESIE WRATISLAVIENSIS VACANTIBUS^a.</p>	

<p>Dilecto filio Arnaldo de Causina¹ canonico Wratislaviensi², salutem etc. Honestas morum et vite aliaque tue probitatis merita, super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendaris, exposcunt, ut personam tuam favore apostolico prosequentes tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem apostolicam vacantia et in posterum vacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari, ac deinde</p>	<p>Et^b postmodum</p>
<p>declaravimus nostre fuisse intentionis</p> <p>et esse omnes huiusmodi canonicatus et prebendas ceteraque</p>	<p>et etiam existere</p>
<p>beneficia ecclesiastica</p>	<p>huiusmodi et alia quecumque</p>
<p>quocumque modo collationi nostre generaliter vel specialiter reservata, que per nos quibuscumque personis conferri contingeret, si personas easdem, quibus eadem beneficia conferrentur, priusquam collationes nostre huiusmodi sibi facte per adeptionem possessionis pacifice beneficiorum ipsorum^c suum essent sortite effectum, rebus eximi contingeret ab humanis, donec per nos de illis provisum existeret nostreque provisiones huiusmodi per adeptionem predictam huiusmodi possessionis pacifice plenum essent^d sortite effectum, sub nostra reservatione huiusmodi remanere libere sicut prius.</p>	
<p>Cum itaque, postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Wratislaviensis, quos quondam Wernerus de Chmelik eiusdem</p>	

¹ *Arnoldus de Lacausina.*

² *Wrocław/Breslau, Niederschlesien, Polen.*

ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per obitum eiusdem Wernerii, qui apud sedem predictam diem clausit extremum, tunc apud eandem sedem vacavissent, nos quondam Pasok nato dilecti filii Nicolai palatini Calisiensis³ canonico Wratislaviensi de dictis canonicatu et prebenda sic vacantibus duximus providendum idemque Pasok litteris apostolicis super huiusmodi provisione confectis, antequam possessionem eorundem canonicatus et prebende fuisset adeptus, viam fuerit extra eandem curiam universe carnis ingressus et secundum premissa canonicatus et prebenda predicti adhuc vacare noscantur nullusque preter nos hac vice de illis disponere^e potuerit neque possit, reservatione, declaratione et decretis obsistentibus antedictis, nos volentes tibi in Ungarie et Polonie regnis dicte sedis nuntio premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem canonicatum et prebendam predictos sic vacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel contigerit in posterum attemptari, non

³ *Kalisz, Großpolen, Polen.*

obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut, si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel, ut recipiantur, insistant seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetraverint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dictorum canonicatus et prebende volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari seu si venerabili fratri nostro .. episcopo Wratislaviensi et dilectis filiis capitulo eiusdem ecclesie vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de canonicatibus et prebendis eiusdem ecclesie ac aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus nulli valeat^f provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et

expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipisus ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum et, cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes seu quod in Cracoviensi⁴ et Gneznensi⁵ ac in Titulensi⁶ Colocensis⁷ diocesis canonicatus et prebendas et in dicta Cracoviensi ecclesiis scolastriam nosceris obtinere. Nulli ergo etc. nostre collationis, provisionis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, kalendis iunii anno octavo⁸.

⁴ *Kraków/Krakau, Kleinpolen, Polen.*

⁵ *Gniezno/Gnesen, Großpolen, Polen.*

⁶ *Titel (südl. von Zrenjanin), Vojvodina, Serbien.*

⁷ *Kalocsa, Südliche Große Tiefebene, Ungarn.*

⁸ *1349 Juni 1.*

^a Arnaldo - vacantibus RA 108, RV 195

^b OL 778 folgt quod

^c ipsorum OL 778 huiusmodi

^d essent OL 778 existerent

^e disponere fehlt RV 195

^f ad eorum - valeat fehlt RV 195

18.

UTRUM IMPETRANS BENEFICIUM VACANS TAMQUAM SPECIALITER RESERVATUM TENEATUR FACERE MENTIONEM DE DETENTORE^a.

OL 778.	Alle anderen Textzeugen.
Ordinavit dominus noster, VI kalendas augusti pontificatus sui anno X ¹ ,	Item ordinavit ^b

quod, si contingat, quod^c aliquis impetret^d aliquod beneficium tamquam specialiter reservatum^e per eum^f et sit^g aliquis detentor illius beneficii^h, qui illudⁱ detinuerit^j per annum, quod^k, nisi^l impetrans fecerit^m mentionemⁿ de dicta detentione^o, quod sua^p impetratio^q viribus^r non^s subsistat^t.

¹ 1351 Juli 27.

^a Utrum – detentore *Zeit* 13; *München* 3063 Impetrans reservatum detentum per annum non valet, nisi de hoc fecerit mentionem; *Berlin* 861 Impetrans specialiter reservatum facere tenetur mentionem de eo, qui occupavit per annum; *PL* 647, *Firenze* 103 Quod impetratio de beneficio reservato non subsistit viribus non facta mentione de detentione, si detentum fuit per annum; *VL* 2665 Quod impetrans beneficium specialiter reservatum faciat mentionem de detentione, si aliquo modo detinetur; *VL* 4988 Quod detentor impetrans beneficium specialiter reservatum, si non faciat mentionem de detentione, non valet gratia; *Halle* 76 (mit *Verweis auf* beneficium) Attende, an intelligatur dictum beneficium f[ore reser]vatum specialiter [... gra]tiam impetra[ntis ...] nominis insta(n)tia (und mit *Verweis auf* reservatum) Item an intelligatur, si impetrans supplicet sibi beneficium reservari et provideri de eodem vel de eo iam reservato sibi provideri, et utrum in rebus regula sit vera; *Köln* 25b, *Prag* 39 Nota mentionem fiendam de detentore; *Madrid* 55 (mit *Verweis auf* specialiter) Nota, quod secus in generalibus reservationibus, quia in hiis non tenetur impetrans facere mentionem de detentore, non diversificatum est, quia specialiter reservatum potuit esse, quod in principio vacationis non erat reservatum, c. „Si eo tempore“ De electione, Libri VI (= VI 1.6.45). In generalibus autem, ut puta, collectorum, subcollectorum, capellanorum, scriptorum et similium et in beneficiis in curia vacantibus in continenti, dum vacant, sunt reservata. Et sic servatur in Cancellaria; *Zeit* 13 (mit *Verweis auf* specialiter) [De impet]ratione quantum ad hoc, quod fiat [mentionem de] detentore, [adde] regulam 29 et 34 supra Iohannis XXII (= *Johannes XXII. Nr. 30 und 33*)

^b *PL* 647, *VL* 4990, *VL* 6165 int. 1, *Firenze* 103, *München* 5313, *München* 15601, *Napoli* 12, *Trier* 954 int. 1 folgt idem dominus Clemens

^c contingat quod *Budapest* 81, *Graz* 708, *Mainz* 1162, *Prag* 39 deinceps

^d impetret *Napoli* 20 impetrans; *Berlin* 210, *PL* 685, *Hannover* 176a, *Prag* 39, *Prag* 45, *Wien* 215 impetraret

^e reservatum *fehlt Oxford* 72

^f per eum *fehlt Reims* 771; *Budapest* 81 folgt factis quamvis in supplicationibus (von Nr. 2)

^g et sit *PL* 647 etiamsi; sit *Budapest* 81, *Graz* 708, *VL* 4990, *VL* 6165 int. 1, *Mainz* 1162, *München* 15601, *Oxford* 72, *Trier* 954 int. 1, *Trier* 954 int. 2 si; *Prag* 39 si sit; *Wien* 443 fit

^h beneficii *VL* 6165 int. 1 beneficium

ⁱ illud *fehlt München* 3871

^j detinuerit *Leipzig* 1665 tenuit; *OL* 778 folgt plusquam

^k quod *fehlt München* 3871; *VL* 2665, *VL* 6165 int. 3 et

^l nisi *Trier* 954 int. 2 si

^m fecerit *fehlt Wien* 5474; *Trier* 954 int. 2 faciat

ⁿ mentionem *St. Florian* 616 conventionem

^o detentione *Dublin* 11059 intentione; *Graz* 708 detentatione; *Oxford* 72 folgt dico

^p quod sua *fehlt München* 5313

^q impetratio *Berlin* 210, *Göttingen* 55, *Halle* 76, *Hildesheim* 665, *Kraków* 391, *Maribor* 120, *Trier* 947, *Wien* 215 petitio; *VL* 3987 supplicatio; *Oxford* 72 gratia

^r viribus *St. Florian* 616, *Trier* 954 int. 2, *Wien* 215 iuribus

^s non *fehlt Oxford* 72

^t subsistat *VL* 6165 int. 3 obsistat; *Mainz* 39 subsistet

19A. Berlin 661, fol. 157v; **Ross. 1035**, fol. 14v; **Kassel 59**, fol. 58r; **Regest: Nova Alamanniae 2/2**, S. 932 Nr. 1594.

APOSTOLICE SEDIS^a.

Revocat omnes reservationes speciales per eum factas absque de dignitatibus, personatibus et curatis beneficiis.

^a *Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59*

19B. Arm. 82, fol. 108r; **Reg. Vat. \$\$\$**, fol. \$\$\$; **Reg. Aven. \$\$\$**, fol. \$\$\$; **BL 2825**, fol. 83r; **BL 2850**, fol. 66r-66v; **OL 778**, fol. 48r; **VL 3984**, fol. 97r; **VL 6343**, fol. 78r-78v; **Firenze 45**, fol. 15ra; **Mainz 39**, fol. 316v; **Napoli 12**, fol. 74v; **Paris 4172**, fol. 98r; **Trier 987**, fol. 44r-44v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 70v-71r; **Druck: LUX, Constitutionum S. 98 Nr. 44** (nach BL 2825); **Regest: - (keine Registerüberlieferung feststellbar, weder in RV 145, 212 noch RA 120).**

REVOCATIO RESERVATIONUM SPECIALIUM DE CANONICATIBUS ET PREBENDIS AC BENEFICIIS CUM CURA ET CETERA PER DOMINUM CLEMENTEM PAPAM VI FACTARUM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram^c rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta nonnumquam ordinata per eam revocat et commutat, prout varietatibus temporum et commoditatibus subditorum diligenter attentis id conspicit salubriter et utiliter expedire. Sane cum multas reservationes de canonicatibus et prebendis tam cathedralium^d quam collegiatarum ecclesiarum et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura in diversis mundi partibus consistentibus intendentes de illis, cum vacarent, per dicte sedis providentiam ordinari cum interpositione decreti duxerimus diversis successive^e vicibus faciendas, nos ex certis causis, que ad id nostrum animum induxerunt, omnes reservationes huiusmodi factas de canonicatibus et prebendis ac beneficiis supradictis, de quibus nondum providimus seu mandavimus provideri, auctoritate apostolica tenore presentium revocamus illasque^f deinceps nullius esse decernimus firmitatis^g. Volumus tamen revocationem nostram huiusmodi ad dignitates, personatus et curata officia^h quomodolibet non extendi. Nulli ergo omnino hominumⁱ etc. nostre revocationis, constitutionis^j et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc.^k Datum Avinione, VIII idus decembris pontificatus nostri anno decimo^{l1}.

¹ 1351 Dezember 6.

^a Revocatio - factarum OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 Revocatio reservationum

^b episcopus - Dei OL 778 etc.

^c futuram VL 3984 perpetuam

- ^d cathedralium *Wolfenbüttel 75* cathedralibus
^e successive *fehlt Wolfenbüttel 75*
^f revocamus illasque *VL 3984* revocantes illasque; illasque *OL 778* illaque
^g firmitatis *VL 3984* confirmatis
^h officia *Napoli 12, Wolfenbüttel 75* beneficia
ⁱ omnino hominum *fehlt OL 778*
^j constitutionis *fehlt Firenze 45*
^k Si - etc. *fehlt OL 778*
^l Avinione - decimo *BL 2850, VL 3984, VL 6343* etc.; decimo *OL 778, VL 3984 X*

20.

DE FACIENTE MENTIONEM DE DETENTORE PER ANNUM ET ULTRA: QUOMODO ILLUD „ULTRA“ SIT INTELLIGENDUM^a.

Item, XVI kalendas decembris anno undecimo^{b1}, declaravit^c, quod, quando^d fit mentio in^e supplicationibus de^f detentore^g et dicitur^h, quodⁱ per annum et^j ultra beneficium^k, de quo fit gratia^l, detinuit, quod gratia^m huiusmodi non valeatⁿ, nisi illud^o „Ultra“, videlicet^p quantum temporis^q fuerit^r, declaretur.

¹ 1352 November 16.

^a De - intelligendum *Zeititz 13; München 3063* In petitione de detentore oportet certum tempus, per quod detinuerit, exprimere; *PL 647, Firenze 103* Quod gratia facta de beneficio detento ultra annum non valeat, nisi facta mentione de tempore illo quantum ultra; *VL 4988* Quod teneatur dictus impetrans impetrare, cum dicit „Per annum et ultra“; *VL 4989 (Vorsatzblatt)* Regula secunda Clementis VI disponit, quod, si aliquis impetrans facit mentionem alium detinuisse beneficium, quod impetrat, per annum et ultra, gratia est nulla, nisi illud „Ultra“, quanti temporis existat, declaretur; *Köln 25b, Prag 39* Declaratio regule predictae quod exprimendum et specificandum est tempus detentionis beneficii, quod petitur reservari

^b XVI – undecimo *fehlt Mainz 39*

^c declaravit *fehlt Madrid 55*

^d *Trier 954 int. 2* folgt non

^e in *München 7662* de

^f de *fehlt Ross. 1035, Wien 5102; Maribor 120* predictis; *München 3871* et

^g de detentore *Trier 954 int. 2* detentorum; detentore *PL 647, PL 685, VL 2665, VL 3983, VL 4989, VL 4990, VL 6165 int. 1, Firenze 103, Leipzig 1665, München 5313, München 7662, München 15601, München 16433, Oxford 72, Prag 39, Prato 1787, Trier 954 int. 1, Wolfenbüttel 382* detentione

^h et dicitur *fehlt Ross. 1035, Halle 54, Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

ⁱ quod *fehlt VL 3983, Oxford 72, Prato 1787, Trier 954 int. 2, Wolfenbüttel 382*

^j et *München 16433* ut

^k beneficium *fehlt Trier 947*

^l *Prato 1787* folgt quod

^m gratia *fehlt München 7662*

ⁿ non valeat *VL 2665* sit nulla

^o illud *fehlt VL 3987*

^p videlicet *fehlt VL 4988, Maribor 120*

^q temporis *Augsburg 117, Budapest 81, PL 647, VL 2665, VL 4990, VL 6165 int. 1, Eichstätt 478, Firenze 103, Graz 708, Madrid 55, München 7662, Prag 39, Trier 954 int. 2, Wien 443, Wien 5474* tempus; *Halle 54* ipse

^r videlicet – fuerit *fehlt Göttingen 55*

20K. Gregor XI.

DETENTO BENEFICIO EXCLUDIT GRATIAM, SI NON SIT PER BIENNIUM, VALET^a.

<i>Alle anderen Textzeugen.</i>	<i>Augsburg 117, Berlin 861, Eichstätt 478, Köln 25b, Kraków 1288, Leipzig 1665(b), Madrid 55, Oxford 72.</i>
Placet ^b domino nostro ^c Gregorio ^d , quod ^e	
in casu ^f predicto, si per biennium ^g detentor ^h extiterit ⁱ , quod ^j gratia huiusmodi ^k viribus ^l non subsistat ^m ; alias, si non ⁿ per ^o biennium ^p , valeat.	illud „Ultra“ exprimi valeat usque ^q ad biennium, si ^r autem ultra detentum extiterit, quod gratia huiusmodi viribus non subsistat ^s .

- ^a Detento – valet *München 3063; VL 4989 (Vorsatzblatt)* Placuit Gregorio, si per biennium detentor fuerit, quod huiusmodi gratia valeat, secus si infra biennium; *VL 4990 Declaratio Gregorii super regula immediate precedente, si per biennium detinuerit; Köln 25b* Vult dicere, quod hoc casu, si per biennium detentum extitit et ultra, quod gratia huiusmodi viribus non subsistat, alias si non valeat, dummodo declaretur illud „Ultra“; *München 5313, Reims 771, Wien 215* Gregorius; *Napoli 20* Gregorius XI
- ^b Placet *PL 647, VL 4989, VL 4990, VL 6165 int. 1, Firenze 103, München 5313, München 15601, Napoli 12, Trier 954 int. 1* Placuit; *Ivrea 54* Item placet
- ^c nostro *fehlt Göttingen 55, Napoli 12, Napoli 20, Paris 1461; Augsburg 117, VL 3984, VL 3987, Eichstätt 478, Kiel 103, Mainz 39 (individueller Fehler) folgt* domino
- ^d Gregorio *fehlt Oxford 72; Leipzig 1665* Clementi
- ^e quod *fehlt Reims 771, Wolfenbüttel 382; Augsburg 117, Eichstätt 478* in casu predicto, si per biennium, quod; *Leipzig 1665 folgt mit interlinearem vacat-Vermerk* in casu predicto, si per biennium detentor extiterit, quod gratia huiusmodi viribus non subsistat, alias si non per biennium valeat *und am rechten Rand mit Verweiszeichen* illud „Ultra“ exprimi valeat [usque] ad biennium, *beide Korrekturen von zweiter Hand*
- ^f quod - casu *fehlt Trier 954 int. 2*
- ^g *Eichstätt 478 folgt* quod illud ultra exprimi valeat usque ad biennium, si autem ultra
- ^h detentor *Eichstätt 478, Kiel 103, Napoli 12* detentum; *Leipzig 1665(a)* dumtaxat
- ⁱ extiterit *Maribor 120* existat; *Oxford 23* constituitur
- ^j quod *fehlt Maribor 120, Trier 947*
- ^k gratia huiusmodi *fehlt Kiel 103*
- ^l viribus *St. Florian 616, Trier 954 int. 2* iuribus
- ^m subsistat *Wien 215* obsistat; *PL 647* folgt etiam; *VL 4990, VL 6165 int. 1, Firenze 103, München 15601, Napoli 12, Trier 954 int. 1* folgt et
- ⁿ si non *VL 6165 int. 3, München 3871, Napoli 20, Paris 14457* nisi
- ^o si non per *Ross. 1035, Halle 54* non si non
- ^p detentor – biennium *fehlt Paris 4121; Paris 1461* folgt detinuerit
- ^q usque *fehlt Leipzig 1665(b)*
- ^r si *Kraków 1288* zu nisi *verschlimmbessert*
- ^s si autem – subsistat *fehlt Leipzig 1665(b), Oxford 72; Augsburg 117, Eichstätt 478* folgt alias, si non per biennium, valeat; *Madrid 55* folgt alii habent, quod, si per biennium detentum extitit, gratia non valet

21.

21A. DE BENEFICIO COLLATO EADEM DIE CARDINALI ET ALTERI, QUIS DEBEAT PREFERRI? CUM DECLARATIONE GREGORII^a.

Item declaravit, quod, si^b ipse^c contulisset^d vel conferret in futurum^e aliquod beneficium alicui domino cardinali^f et^g eadem^h die beneficium huiusmodi reperireturⁱ per eum^j alteri^k fore^l collatum, ipse^m cardinalisⁿ preferretur^o in assecutione beneficii antedicti^p.

^a De - Gregorii *Zeitiz 13; München 3063* Collatio facta cardinali et alii, cardinalis prefertur, nisi constet de prioritare temporis; *VL 4988* Quod, si conferatur beneficium cardinali, quod eadem die repertum collatum alteri, prefertur cardinalis; *VL 4989 (Vorsatzblatt)* Item tertia regula vult, si beneficium una die cardinali et alteri conferretur, quod cardinalis preferatur, nisi constaret de prioritatis temporis; *Dublin 11059, Napoli 12* Nota cardinales preferri in assecutione beneficiorum; *Graz 708* Quod cardinalis prefertur alteri secum con-

currenti super beneficio; *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* In concurrentibus super vacantibus cardinales ceteris; *Ivrea 54* Si cardinalis concurrat in data, preferatur
^b si *fehlt Wolfenbüttel 382*
^c *Oxford 72 folgt* dominus Clemens
^d contulisset *Ivrea 54* conclusisset; *Wien 215* detulisset
^e futurum *St. Paul 142* posterum
^f alicui domino cardinali *Madrid 55* alicuius dominorum card(inalium)
^g et *Wolfenbüttel 382* de
^h et eadem *fehlt Kiel 103*
ⁱ reperiretur *Berlin 210, Göttingen 55, Halle 76, Hildesheim 665, Kraków 391, Maribor 120, Wien 215* reperiatur
^j per eum *fehlt Budapest 81, Wolfenbüttel 382; Mainz 1162* eodem die
^k per - alteri *fehlt Trier 954 int. 2*
^l fore *Dublin 11059* fere
^m ipse *Ross. 1035, Halle 54* ipsi; *PL 685, VL 2665, Ivrea 54, München 3871, Napoli 20, Paris 14457, Trier 954 int. 2* folgt dominus
ⁿ et eadem – cardinalis *fehlt Trier 947; cardinalis München 15601* cardinalium
^o *Hannover 176a, Heiligenkreuz 268, Leipzig 1665, Maribor 120, München 16433, St. Florian 616, Trier 954 int. 2, Wien 5102, Zeitz 13* prefertur; *Budapest 81* folgt alteri
^p beneficii antedicti *fehlt Wien 443; Köln 25b, Kraków 1288* folgt nisi constaret de prioritate temporis (*von Nr. 21K*)

21B. RV 146 Rubr., fol. 6r; RV 146, fol. 85r-85v; Druck: Clément VI, Lettres closes ... à la France 3 S. 297 Nr. 5461.

ITEM, QUOD CARDINALES PREFERANTUR HIIS, CUM QUIBUS CONCURRUNT^a.

Ad futuram rei memoriam. Cum perceperimus, quod venerabiles fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales cum aliis inferioris status personis in dat(a) gratiarum, que ipsis de beneficiis ecclesiasticis ab apostolica sede fiunt, quandoque concurrunt, nos volentes litigiorum confragibus, qui ex hoc possent contingere, obviare ipsosque cardinales favore in hac parte apostolico prosequentes auctoritate apostolica declaramus nostre intentionis fuisse ac esse, quod iidem cardinales quibuscumque inferioris status personis, cum quibus eos concurrere in dat(a) quarumcumque gratiarum de quibuscumque dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura apostolica vel alia quavis auctoritate factarum ac faciendarum eisdem, sive fuerint collationes et provisiones sive confirmationes, acceptationes collationum et provisionum aut quevis alie, quocumque titulo seu nomine nuncupentur, personis huiusmodi in assecutione dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum et prebendarum, ecclesiarum et beneficiorum huiusmodi debuerint debeantque preferri. Decernentes irritum et inane, quidquid contra declarationem nostram huiusmodi attemptatum est vel contigerit

in posterum attemptari. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XVI kalendas decembris anno undecimo¹.

¹ 1352 November 16.

^a Item - concurrunt *RV 146 Rubr.*

21K. Gregor XI.

GREGORIUS XI^a.

Idem^b placet^c domino nostro^d Gregorio^e, nisi constaret^f de prioritate temporis^g.

^a Gregorius XI *Napoli 20; München 5313, Reims 771* Gregorius

^b Idem *fehlt München 3871, Prato 1787; Augsburg 10, Berlin 210, VL 3987, VL 4989, VL 6165 int. 1, VL 6165 int. 2, VL 6165 int. 3, Mainz 1162, München 7662, München 16433, Paris 14457, Trier 947, Trier 954 int. 1, Trier 954 int. 2, Wien 215, Wien 443, Wien 5474* Item

^c placet *PL 647, VL 4989, VL 4990, VL 6165 int. 1, VL 6165 int. 2, Firenze 103, Leipzig 1665, München 5313, München 15601, Napoli 12, St. Florian 616, Trier 954 int. 1* placuit

^d nostro *fehlt Berlin 210, Hildesheim 665, Leipzig 1665, Napoli 20, Paris 1461, Prag 45, Trier 954 int. 2; Ross. 1035, Halle 54, Hannover 176a, folgt domino; Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt domino*

^e Idem – Gregorio *Oxford 72* Item *voluit dominus Gregorius; Gregorio fehlt Maribor 120; Leipzig 1665 Clementi in Gregorio verbessert*

^f *Maribor 120 folgt* evidenter

^g temporis *fehlt München 7662*

22.

Expliciunt <regule> domini Clementis^a.

^a Expliciunt – Clementis *Opava 9; OL 911* Expliciunt

Extravaganten

23.

Arm. 82, fol. 78v-81v; **RA 74**, fol. 1v (*Rubrik*) (*beschädigt*); **BL 2825**, fol. 67v-69r; **BL 2850**, fol. 48v-50r; **OL 778**, fol. 3v (*Rubrik*), fol. 32r-33r; **VL 3984**, fol. 85v-86v; **Firenze 45**, fol. 12ra-12va; **Mainz 39**, fol. 301v-302v; **Napoli 12**, fol. 62v-63v; **Paris 4172**, fol. 78r-80r; **Trier 987**, fol. 33r-34r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 55r-56v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 86-88 Nr. 34** (*nach BL 2825*). Aus **Nr. 33** wörtlich übernommene Teile sind in *Petit* gesetzt.

RESERVATIO GENERALIS IN TUSCIA ET PROVINCIIS TUSCIE PER DOMINUM CLEMENTEM PAPAM VI FRACTA^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Sollicitudo pastoralis officii sollicitare non desinit^b studia mentis nostre, ut statui fidelis populi desuper cure nostre commissi providere prospero, quantum nobis^c ex alto permittitur^d, procuremus. Sane

post promotionem nostram ad summi apostolatus apicem ad audientiam nostram perducto, quod felicitatis recordationis Iohannes papa XXII predecessor noster ex certis causis rationabilibus provisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium et etiam quarumlibet ecclesiarum collegiatarum secularium nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratuum et aliorum quorumcumque^e piorum locorum in patriarchatu Aquilegiensi nec non Mediolanensi, Ravennatensi, Ianuensi et Pisana provinciis ac etiam partibus Tuscie preterquam de ipsis piis locis consistentium, ad que prelati * consueverunt seu debebant per electionem assumi, dispositioni et ordinationi sue ac sedis apostolice de fratrum suorum consilio usque ad eiusdem sedis beneplacitum auctoritate apostolica reservavit, decernens ex tunc irritum et inane^f, quidquid contra reservationem suam huiusmodi quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, quodque^g subsequenter^h predecessor ipseⁱ certis aliis^j causis et rationibus motus^k, tam in patriarchatu^l et Mediolanensi, Ravennatensi, Ianuensi et Pisana ac partibus predictis quam in Gradensi provinciis similes reservationes generales^m biennales seu temporales cum similisⁿ interpositione decreti fecit, que per eum^o de biennio in biennium prorogare usque ad suum obitum et post^p etiam per tempus aliquod duraverunt, et nihilominus interim certis aliis rationabilibus causis motus pariter et inductus plebes ac collegiata^q et alia beneficia ecclesiastica, hospitalia et pia loca quecumque Lucane et Pisane civitatum et diocesum eiusdemque civitatis Pisane districtus, etiamsi forent de Vulterana, Massanensi, Lunensi et Grossetana diocesibus^r, que de collatione archiepiscopi Pisani, qui est pro tempore, non extarent, nec non beneficia omnia et singula, etiamsi dignitates, personatus et officia regularia vel secularia civitatis et diocesis Mediolanensis - eodemque Iohanne papa, sicut domino placuit, sublato de medio - pie memorie Benedictus papa XII^s predecessor noster ad culmen apostolice dignitatis^t assumptus confirmationes omnium electionum, quas ad^u quascumque cathedrales et collegiatas ecclesias seculares et regulares dictarum civitatum et diocesum ac provincie Mediolanensis tunc vacantes et in antea vacaturas celebrari contingeret, ordinationi et dispositioni sue ac sedis eiusdem cum interpositione decreti etiam reservavit, et deinde nobis exposito^v, quod a nonnullis in dubium vertebatur, an predictae reservationes generales usque ad beneplacitum dicte sedis per ipsum Iohannem, ut predictur, facte per alias^w biennales et temporales reservationes revocate fuissent, super hocque^x coram nobis * diversis vicibus et temporibus disceptato^y nos volentes super^z hoc salubriter providere nuper videlicet idus^{aa} presentis mensis februarii¹ deliberatione super hiis cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus prehabita diligenti de ipsorum consilio * dubium huiusmodi minime^{bb} declarando auctoritate apostolica duximus ordinandum, quod omnes et singuli, qui post obitum dicti Iohannis predecessoris post et contra reservationes et decreta huiusmodi ad^{cc} patriarchales, archiepiscopales^{dd}, episcopales et alias quaslibet dignitates ecclesiarum collegiatarum secularium nec non abbatiarum, monasteriorum, * prioratuum et aliorum quorumcumque religiosorum ac piorum locorum regimina alias tamen rite et canonice tunc erant

¹ 1344 Februar 13.

assumpti et alii etiam, quibus in plebibus, dignitatibus, personatibus vel officiis nec non collegiatis et aliis beneficiis ecclesiasticis, hospitalibus et piis locis quibuscumque patriarchatum^{ee}, provinciarum, civitatum et diocesium ac partium predictarum vel ad ea ius erat, si non precessissent reservationes huiusmodi, alias^{ff} acquisitum, possent illa perinde^{gg} licite retinere, assequi et habere, ac si reservationes predictae facte nullatenus extitissent, omnem infamie et inhabilitatis maculam sive notam, si quas propterea * contraxis-
sent, de apostolice potestatis plenitudine abolentes ipsosque et eorum quemlibet auctoritate apostolica
habilitantes predicta nec non consecrationis^{hh} aⁱⁱ patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac benedictionis^{jj}
ab abbatibus munus alias tamen rite susceptum et omnia et singula alias etiam rite gesta et administrata per
eos ex certa scientia cum remissione^{kk} perceptorum^{ll} ex^{mm} prelaturis, dignitatibus, personati-
bus, officiis, hospitalibus, piis locis et aliis beneficiis ecclesiasticis supradictis medio tem-
pore fructuum approbantes. Per premissa vero provisionibusⁿⁿ de patriarchalibus, archiepiscopalibus,
episcopalibus^{oo}, abbatialibus et quibusvis aliis dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis, hospitalibus et
aliis^{pp} piis locis huiusmodi nec non acceptationibus de ipsis auctoritate apostolica factis^{qq} nolumus^{rr} in aliquo
derogari et nihilominus illa ex predictis prelaturis, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, hospitalibus et
aliis piis locis, que post reservationes huiusmodi vacaverant et de quibus per sedem eandem vel alios, ad
quos eorum dispositio, si non fuissent facte^{ss} reservationes predictae, pertineret, non erat alias canonice
ordinatum, * dispositioni nostre ac sedis apostolice predictae cum interpositione decreti duximus
reservanda, omnes et singulas reservationes predictas per eosdem predecessores de pa-
trichalibus, archiepiscopalibus^{tt}, episcopalibus, abbatialibus et aliis dignitatibus, persona-
tibus, officiis et beneficiis, hospitalibus et piis locis aliis factas^{uu} ex tunc in antea vacaturis,
quatenus^{vv} robur habere poterant, nihilominus cassantes, revocantes et totaliter annullan-
tes. Verum quia^{ww} circa statum partium predictarum dirigendum et confovendum^{xx} prospe-
rum, pacificum^{yy} et tranquillum expediens admodum extimatur, quod in ecclesiis cathed-
ralibus, abbatialibus et aliis ecclesiasticis locis insignibus et principalibus prelati et rectores
preficiantur idonei, qui sciant, velint et possint nutrire concordias et ad pacis et unitatis
concordiam revocare discordes^{zz} aliasque proficere^{aaa} verbo pariter et exemplo, nos atten-
dentes, quod^{bbb} premissa melius et utilius favente divina gratia potuerunt per sedis prefate
providentiam adimpleri, hiis et aliis piis et iustis considerationibus moti pariter et inducti
provisiones omnium et singularum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum ac mona-
steriorum, prioratum, beneficiorum et locorum^{ccc} ecclesiasticorum secularium et regulari-
um exemptorum et non exemptorum in Aquilegiensi et Gradensi ac Mediolanensi, Raven-
natensi, lanuensi et Pisana provinciis et Tuscie partibus^{ddd} consistentium, in quibus prelati,
rectores seu gubernatores, quocumque nomine nuncupentur, consueverunt seu debuerunt
per electionem assumi, que nunc vacant et que usque ad biennium a data presentium

vacare contigerit, nobis auctoritate apostolica specialiter^{eee} reservantes ex nunc decernimus irritum et inane, quidquid contra reservationem nostram huiusmodi quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Volumus autem et nostre intentionis existit, quod huiusmodi reservatio et decretum ad^{fff} monasteria et loca monialium et aliarum religiosarum mulierum et ad ecclesias et alia beneficia et loca ecclesiastica, quorum fructus, redditus et proventus summam quadraginta^{ggg} florenorum auri secundum extimationem communem valorem^{hhh} annum non excedunt, nullatenus extendanturⁱⁱⁱ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservationis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, XVI^{jjj} kalendas martii pontificatus nostri^{kkk} anno secundo^{lll2}.

² 1344 Februar 14.

^a Reservatio - facta *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75* Reservatio generalis in Tuscia et provinciis Tuscie; *RA 74* Ad futuram rei memoriam. Reservantur dispositioni sedis apostolicis omnium et singulorum patriarchalium, archiepiscopalium et episcopalium ecclesiarum nec non monasteriorum, prioratuum et loco[rum con]ventualium virorum dumtaxat in Aquilegensi et Gradensi provin[ciis ac Medio]lanensi, Ravennatensi, Pisana et lanuensi civitatibus [... partibus] Tusci[e] existentium usque ad biennium

^b desinit *BL 2850* de

^c nobis *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343*

^d permittitur *Firenze 45* committitur

^e quorumcumque *fehlt VL 3984*

^f et inane *fehlt OL 778*

^g quodque *BL 2850* quidque

^h subsequenter *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343*

ⁱ *statt* ipse *BL 2850, VL 6343* tempore

^j aliis *fehlt Trier 987*

^k motus *Napoli 12* motis; *Trier 987* motu

^l *BL 2850, VL 6343* *folgt* Aquilegense

^m generales *fehlt Wolfenbüttel 75*

ⁿ similis *VL 3984, Napoli 12* simili

^o eum *Paris 4172* eundem

^p post *fehlt VL 3984*

^q collegiata *BL 2850, VL 6343* collegiatas

^r eiusdemque - diocesibus *fehlt Wolfenbüttel 75*

^s XII *Wolfenbüttel 75* duodecimus

^t dignitatis *BL 2850, VL 6343* sedis

^u ad *Firenze 45* et

^v exposito *BL 2850* expositio

^w alias *fehlt Napoli 12*

^x hocque *Arm. 82, Wolfenbüttel 75* hoc quod

^y disceptato *Wolfenbüttel 75* disceptatio

^z hocque - super *fehlt Firenze 45*

^{aa} idus *BL 2850, VL 6343* quod

^{bb} minime *VL 6343* nunc

^{cc} ad *fehlt Trier 987*

^{dd} archiepiscopales *fehlt Firenze 45*

^{ee} patriarchatum *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Napoli 12* patriarchalium

^{ff} alias *fehlt VL 3984*

^{gg} perinde *OL 778* providere

^{hh} consecrationis *Napoli 12* transferitionis (!)

ⁱⁱ a *fehlt BL 2850, VL 6343; Firenze 45* et

- jj benedictionis *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Wolfenbüttel 75 benedictionem; Napoli 12 benedictionibus*
 kk remissione *VL 3984 remisso*
 ll perceptorum *BL 2850 preceptorum; Napoli 12 receptorum*
 mm ex *Arm. 82, BL 2825, OL 778, VL 3984, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75 et*
 nn provisionibus *fehlt VL 3984*
 oo episcopalibus *fehlt Napoli 12*
 pp *Napoli 12 folgt* partibus
 qq factis *Wolfenbüttel 75 facta*
 rr nolumus *BL 2850 volumus*
 ss facte *fehlt OL 778*
 tt archiepiscopalibus *fehlt Trier 987*
 uu factas *BL 2850, VL 6343 factis*
 vv quatenus *BL 2850, VL 6343 quamvis*
 ww quia *VL 3984 que*
 xx confovendum *VL 3984, Mainz 39, Napoli 12 conferendum*
 yy pacificum *VL 3984 statum*
 zz discordes *Napoli 12 discordias*
 aaa proficere *Napoli 12 perficere*
 bbb quod *fehlt OL 778*
 ccc *BL 2850, VL 3984, VL 6343 folgt* aliorum
 ddd partibus *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 partium*
 eee specialiter *fehlt Firenze 45, Wolfenbüttel 75*
 fff ad *fehlt Wolfenbüttel 75*
 ggg quadraginta *VL 3984, Trier 987 XL*
 hhh communem valorem *Napoli 12 valore*
 iii nullatenus extendantur *fehlt Napoli 12*
 jjj XVI *Arm. 82 XV*
 kkk pontificatus nostri *fehlt Arm. 82, BL 2825, VL 3984, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75*
 lll secundo *BL 2850, VL 6343 II*

24.

Arm. 82, fol. 81v-82r; Reg. Aven. 82-83 (nichts); Reg. Vat. \$\$\$, fol. \$\$\$; BL 2825, fol. 69r; BL 2850, fol. 50r-50v; OL 778, fol. 3v (Rubrik), fol. 33v; VL 3984, fol. 86v; Firenze 45, fol. 12va; Mainz 39, fol. 302v-303r; Napoli 12, fol. 63v; Paris 4172, fol. 80r-80v; Trier 987, fol. 34r; Wolfenbüttel 75, fol. 56v-57r; Druck: Lux, Constitutionum S. 88f. Nr. 35 (nach BL 2825); Regest: - (keine Registerüberlieferung feststellbar, ev. in Reg. Vat. 138).

PROROGATIO RESERVATIONUM IN PATRIARCHATU AQUILEGIENSI ET PARTIBUS TUSCIE^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dudum videlicet XVI^b kalendas martii pontificatus nostri anno secundo ad audientiam nostri apostolatus producto, quod felicis recordationis Iohannes papa XXII^c predecessor noster ex certis causis rationabilibus provisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium^d et etiam quarumlibet ecclesiarum collegiatarum^e secularium^f nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum quorumcumque piorum^g locorum in patriarchatu Aquilegensi nec non Mediolanensi, Ravennatensi, Ianuensi et Pisana provinciis ac etiam partibus Tuscie consistentium, ad que prelati consueverant seu debebant per electionem assumi

etc., ut in precedenti reservatione¹ eandem^h reservationem narrandoⁱ de verbo ad verbum usque ad „Monasteria et loca monialium et aliarum religiosarum mulierum et ad ecclesias et^j alia beneficia et loca ecclesiastica, quorum fructus, redditus et proventus summam XL^k florenorum auri^l extimatione communi valorem annum non excederent, quomodolibet non extendi“. Verum, cum finis dicti biennii^m instare noscatur, nos similibus considerationibus motiⁿ reservationem et decretum^o predicta a fine dicti biennii usque ad duos annos ex tunc proxime subsequentes sub eisdem modis et conditionibus extendimus tenore presentium et etiam prorogamus. Nulli ergo omnino hominum etc. nostre extensionis^p et prorogationis infringere etc. Datum Avinione, VI^q idus februarii pontificatus nostri^r anno quarto^{s2}.

¹ = Nr. 23 (Sollicitudo pastoralis officii sollicitare).

² 1346 Februar 8.

^a Prorogatio - Tuscie Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45 [am linken Seitenrand], Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 382

^b XVI fehlt Firenze 45

^c XXII Wolfenbüttel 75 vicesimus secundus

^d episcopalium fehlt VL 3984

^e BL 2850, VL 6343 folgt ecclesiarum

^f et - secularium fehlt Wolfenbüttel 75

^g priorum BL 2850 priorum

^h eadem OL 778 etiam

ⁱ narrando OL 778 nominando

^j ad ecclesias et fehlt Wolfenbüttel 75

^k XL Arm. 82, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 quadraginta

^l auri fehlt BL 2850, VL 6343

^m biennii fehlt Arm. 82

ⁿ moti fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75

^o decretum VL 3984 decreta

^p extensionis VL 3984 reservationis

^q VI BL 2850, VL 6343 sexto

^r pontificatus nostri fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987

^s quarto VL 3984 IIII

25.

Arm. 82, fol. 84v-85r; **Reg. Aven. 77-84 (nichts)**; **Reg. Vat. \$\$\$**, fol. \$\$\$ ev. **Reg. Vat. 140-146, anno III oder IV**; **OL 778**, fol. 34v; **BL 2825**, fol. 70v; **BL 2850**, fol. 52r-52v; **VL 3984**, fol. 87v; **VL 6343**, fol. 68v; **Firenze 45**, fol. 12vb; **Mainz 39**, fol. 304r-304v; **Napoli 12**, fol. 64v-65r; **Paris 4172**, fol. 82v-83r; **Stuttgart 62**, fol. 437v-438r; **Trier 987**, fol. 35r-35v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 58v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 82f. Nr. 29 (nach BL 2825)**; **Regest: -**. (keine Registerüberlieferung feststellbar).

DECERNITUR RESERVATIO DOMINI IOHANNIS PAPE PERINDE VALERE, AC SI LITTERE IPSIUS SUPER HUIUSMODI^a RESERVATIONE FACTE FUISSENT^b.

Clemens VI^c. Ad futuram rei memoriam. Dudum felicitis recordationis Iohannes papa^d XXII^e predecessor noster **intendens** de beneficiis ecclesiasticis, que quondam Arnaldus Costolani¹ canonicus Foroiuliensis^f tunc temporis obtinebat, cum illa quovis modo vacare contingeret, per apostolice sedis providentiam ordinari beneficia ipsa, dum adhuc idem Arnaldus^g ageret in humanis, ea vice, videlicet nonis iunii^h pontificatus eiusdem predecessorisⁱ anno septimo^j, collationi et dispositioni^k sue ac sedis predictae specialiter reservavit, districtius inhibendo illi vel illis, ad quem vel ad quos ipsorum beneficiorum collatio, provisio^l vel quevis alia dispositio pertineret communiter vel divisim, ne^m de illis contra reservationem ipsam disponere presumerent quoquo modo, ac decernendoⁿ ex tunc^o irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate^p scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Nos vero, ut de ipsis reservatione, inhibitione et decreto constare possit, in posterum de opportuno remedio providere volentes apostolica auctoritate decernimus^q, reservationem, inhibitionem et decretum predictam perinde valere, ac si littere predicti predecessoris super reservatione^r, inhibitione et decreto predictis facte et ipsius bulla^s bullate fuissent, et quod presentes littere ad plenam probationem reservationis, inhibitionis et decreti predictorum ubique in iudicio et extra iudicium faciendam perinde sufficiant et^t valeant, quemadmodum littere predecessoris eiusdem plene^u sufficerent et valerent, si^v, ut premittitur, super hiis confecte et eius bulla^w bullate fuissent, nec ad probationem huiusmodi aliquod aliud adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis etc. Dat. etc.

¹ Zu Arnaldus Costolani, bis 1343 Domherr von Fréjus, Frankreich, † vor 1345 März 2, vgl. Jean XXII, *Lettres communes* 8 S. 126 Nr. 43894, 9 S. 19 Nr. 46690; Clément VI, *Lettres closes ... se rapportant à la France* 1 Sp. 248 Nr. 526f. und Sp. 426f. Nr. 1511.

² 1323 Juni 5.

^a huiusmodi *fehlt Firenze 45*

^b Decernitur- fuissent OL 778, *Firenze 45, Napoli 12; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75* Decernitur reservatio domini Iohannis perinde valere, ac si littere super ea facte (facte BL 2850, VL 6343 confecte) fuissent

^c Clemens VI *nur Stuttgart 61*

^d papa *fehlt BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61*

^e XXII *Arm. 82 XII*

^f Arnaldus - Foroiuliensis *Stuttgart 61 A. canonicus*

^g Arnaldus *Stuttgart 61 A.*

^h iunii *BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61 iulii*

ⁱ pontificatus - predecessoris *fehlt Stuttgart 61*

^j septimo *BL 2850, VL 6343 primo; Firenze 45, Stuttgart 61 VII*

^k dispositioni *Stuttgart 61 provisioni*

^l *Firenze 45, Napoli 12 folgt presentatio*

^m ne *Wolfenbüttel 75 nec*

ⁿ decernendo *BL 2850, VL 6343 decernentes*

^o tunc *Stuttgart 61 nunc*

- ^p quavis auctoritate *fehlt Wolfenbüttel 75*
^q decernimus *BL 2850 reseravimus*
^r reservatione *fehlt Wolfenbüttel 75*
^s bulla *BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61 bulle*
^t sufficient et *fehlt VL 3984*
^u plene *fehlt Firenze 45*
^v si *Napoli 12 sic*
^w bulla *BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61 bulle*

26.

Arm. 82, fol. 85r-86r; **RA 81**, fol. 508r (*Rubrik*); **RV 167 Rubr.**, fol. 1r Nr. 11; **RV 167**, fol. 5v; **RV 216**, fol. 15r-15v; **BL 2825**, fol. 70v-71v; **BL 2850**, fol. 52v-53r; **OL 778**, fol. 3v (*Rubrik*), fol. 34v-35r; **VL 3984**, fol. 87v-88r; **VL 6343**, fol. 68r-68v; **Firenze 45**, fol. 12vb-13ra; **Mainz 39**, fol. 304v-305r; **Napoli 12**, fol. 65r-65v; **Paris 4172**, fol. 83r-83v; **Stuttgart 61**, fol. 438r-438v; **Trier 987**, fol. 35v-36r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 58v-59v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 90f. Nr. 37** (nach *BL 2825*); **Regest: Lettres closes ... à la France 1 Sp. 212 Nr. 1142.**

RELAXATIO RESERVATIONUM PER DOMINUM CLEMENTEM PAPAM VI FACTARUM ET DECLARATIO EARUNDEM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta^b **ad illa**, que plerumque ordinat et disponit, declarationis^c, ubi expedit, sue provisionem^d adicit, prout fore conspicit opportunum. Hodie siquidem ex certis causis volumus et apostolica auctoritate per nostras certi tenoris litteras duximus decernendum, quod quibuscumque reservationibus specialibus de certis canonicatibus et prebendis singularium et certarum personarum in cathedralibus^e vel collegiatis ecclesiis quibuscumque seu de certis beneficiis ecclesiasticis personarum certarum cum cura vel sine cura^f tunc per nos factis aut in antea faciendis nequaquam obstantibus expectantes per nostras litteras apostolicas canonicatus, prebendas et beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura presentes^g pariter et futuri canonicatus et prebendas^h tam in cathedralibus quamⁱ in collegiatis ecclesiis supradictis nec non beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, quorum quidem beneficiorum fructus, redditus et proventus, si cum cura, sexaginta, si vero sine cura forent, quadraginta^j librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excederent, perinde usque ad biennium tunc proximo^k futurum vigore dictarum litterarum libere acceptare et de ipsis sibi facere provideri valerent, ac si predictae reservationes per nos^l, ut premittitur, facte seu faciende acceptationes et provisiones huiusmodi minime precessissent. Verum quia posset aliquibus provenire^m in dubium, utrum in voluntate et decreto nostris predictis nos intellexerimus dignitates, preposituras, mensatas, personatus et officia ecclesiastica aut etiam quorumcumque regula-

rium prioratus seu quevis eorum beneficia vel officia cum cura vel sine cura seu canonicatus et prebendas, quos habentes vel ex tunc habituri dignitates, personatus, officia, preposituras seu mensatas cum cura vel sine curaⁿ per nos tunc^o temporis specialiter reservata vel in posterum reservanda obtinebant vel obtinerent in antea in illis ecclesiis, in quibus consistere dignitates, personatus, officia, prepositurae seu mensate reservate vel reservande, ut premittitur, comprehendere, presentis constitutionis oraculo declaramus voluntatem et decretum nostram predictam^p ad dignitates, preposituras, mensatas, personatus^q et officia huiusmodi, sive curam habeant animarum sive non, et^r etiam ad prioratus aut quecumque alia beneficia vel officia regularium quorumcumque ac ad canonicatus et prebendas predictos^s aliquatenus non extendi. Premissa vero quoad^t canonicatus et prebendas illos dumtaxat locum habere volumus^u, quos habent vel in futurum habebunt predicti in ecclesiis solum, in quibus consistunt dignitates, prepositurae, mensate^v, personatus ac officia huiusmodi reservata per nos, ut premittitur, vel etiam reservanda et non quoad canonicatus et prebendas, quos obtinere in aliis quam predictis ecclesiis dinoscuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, kalendis octobris pontificatus nostri^w anno tertio^{x1}.

¹ 1344 Oktober 1.

^a Relaxatio - earundem *OL 778; Arm. 82, BL 2825, VL 3984, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75* Declaratio prima et restrictio (restrictio *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39* restituito) relaxationis gratiarum expectantium (expectantium *BL 2850, VL 6343* expectativarum) super reservationibus; *RA 81* Ad futuram rei memoriam. Declaratur, quod revocatio reservationum facta per biennium ad dignitates, personatus, prioratus et officia tunc reservata vel reservanda minime se extendant; *RV 167* Ad futuram rei memoriam. Declaratur, quod revocatio reservationum facta per biennium non se extendat ad dignitates, preposituras, mensatas, personatus et officia ecclesiastica nec ad prioratus regularium etc. tunc temporis reservata vel in posterum reservanda

^b circumspecta *BL 2850, VL 6343* et circumspectio

^c declarationis *Stuttgart 61* declarationem

^d provisionem *Stuttgart 61* provisioni

^e in cathedralibus *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75*

^f tunc - cura *fehlt VL 3984, Mainz 39, Napoli 12*

^g presentes *BL 2850, VL 6343* [?] presentis

^h et beneficia - prebendas *fehlt Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75*; prebendas *Napoli 12* prebende

ⁱ quam *fehlt VL 3984; BL 2850, VL 6343* et

^j quadraginta *OL 778 XL*

^k proximo *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Napoli 12, Stuttgart 61* proxime; *OL 778, Mainz 39* proximum

^l per nos *fehlt Napoli 12*

^m provenire *Trier 987* prevenire

ⁿ seu canonicatus - cura *fehlt Firenze 45*

^o tunc *BL 2850, VL 6343* nunc

^p predictam *fehlt VL 3984*

^q personatus *fehlt VL 3984*^r non et *fehlt BL 2850*^s predictos *fehlt Trier 987*^t quoad *Firenze 45 ad*^u volumus *fehlt Wolfenbüttel 75*^v mensate *fehlt VL 3984, Mainz 39, Napoli 12*^w pontificatus nostri *fehlt RV 167, RV 216, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Stuttgart 61*^x tertio *BL 2850, VL 3984, VL 6343 III*

27.

Arm. 82, fol. 86v-87v; **RA 79**, fol. 24r (Rubrik, z.T. unleserlich), fol. 299r-299v; **RV 138**, fol. 175v-176r; **RV 163 Rubr.**, fol. 1r Nr. 2; **RV 163**, fol. 1r-1v; **BL 2825**, fol. 71v-72v; **BL 2850**, fol. 53r-54r; **OL 778**, fol. 3v (Rubrik), fol. 35r-35v; **VL 3984**, fol. 88r-88v; **VL 6343**, fol. 68v-69r; **Firenze 45**, fol. 13ra-13rb; **Mainz 39**, fol. 305r-305v; **Napoli 12**, fol. 65v-66r; **Paris 4172**, fol. 83v-84v; **Stuttgart 61**, fol. 438v-439v; **Trier 987**, fol. 36r-36v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 59v-60r; **Druck: Lux, Constitutionum S. 91f. Nr. 38** (nach BL 2825); **Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 233f. Nr. 1172** (nach RV 138/163).

DECLARATIO, QUOD, SI ALIQUIS OBTINEAT DIGNITATEM IN ECCLESIA, BENEFICIA, QUE IN EADEM ECCLESIA OBTINET, RATIONE DIGNITATIS SUNT RESERVATA^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram^b rei memoriam. Provida sedis apostolice benignitas^c quietem et pacem subditorum perquirens ea, que sunt dubia et obscura, ne lites et iurgia pariant^d, sepe, sicut opportunum fore conspicit, dilucidat et declarat. Dudum siquidem nobis exposito, quod propter reservationes de certis canonicatibus et prebendis ac beneficiis ecclesiasticis dispositioni nostre et sedis predicte per nos factas^e plures et diverse persone ecclesiastice, quibus de canonicatibus cum reservatione prebendarum in diversis tam cathedralibus quam collegiatis ecclesiis seu etiam de beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, si tunc^f vacabant vel cum vacarent, in diversis mundi partibus per nostras certi tenoris litteras tam in^g speciali quam in communi^h forma gratias auctoritate apostolica feceramus, expectantes prebendas et beneficia huiusmodi ab assecutioneⁱ dictarum gratiarum eis per nos, ut premittitur, concessarum^j fuerant diutius retardate^k, propter quod eedem persone, ut supra dictum^l est, expectantes nullum reportasse dicebantur de predictis gratiis commodum, sed labores potius et expensas. Nos eisdem expectantibus pio super hiis compatiens affectu voluimus et eadem auctoritate decrevimus^m, quod - quibuscumque reservationibus specialibus de certis canonicatibus et prebendis singularum et certarum personarum in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis quibuscumque seu de certis beneficiis ecclesiasticis certarum personarumⁿ cum cura vel sine cura per nos^o tunc factis aut in posterum faciendis nequaquam obstantibus - prefati expectantes presentes pariter et futuri per biennium dumtaxat continuum a kalendis oc-

tobris^p proximo^q preteritis¹ inchoatum prebendas tam in cathedralibus quam collegiatis ecclesiis supradictis nec non beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, que vigore dictarum litterarum nostrarum^r expectabant seu etiam expectarent, quorum quidem beneficiorum^s fructus, redditus et proventus, si cum cura, sexaginta^t, si vero sine cura forent, quadraginta^u librarum Turonensium parvorum valorem annum secundum taxationem decime non excederent, perinde libere acceptare sibi que de ipsis facere provideri valerent, ac si predictae reservationes^v per nos, ut prefertur, facte seu medio tempore faciende acceptationes et provisiones huiusmodi minime precessissent^w, sicut in litteris nostris inde confectis plenius continetur. Sane quia quandoque contigit hactenus et contingit^x nos dignitates, personatus, officia, beneficia, prioratus, preposituras, administrationes seu mensatas in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis^y existentes auctoritate apostolica reservare, aliqui, sicut intelleximus, hesitare^z seu revocare in dubium moliantur, an prebendas illorum, qui^{aa} easdem dignitates, personatus, officia, beneficia^{bb}, prioratus, preposituras, administrationes seu mensatas cum eis, dum^{cc} viverent^{dd}, in eisdem ecclesiis obtinebant, possint expectantes predicti vigore predictae relaxationis in favorem eorum, ut premittitur, per nos facte acceptare sibi que facere provideri de illis. Nos volentes hesitationis seu dubitationis^{ee} huiusmodi materiam, ne per eam litigiosis^{ff} aditus^{gg} prestetur anfractibus, amputare tenore presentium declaramus nostre intentionis existere ac etiam extitisse prebendas, que per easdem personas una cum prefatis dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, prioratibus, preposituris, administrationibus seu mensatis in eisdem obtinebantur ecclesiis, etiamsi eis annexe non existant, sic esse per reservationem nostram affectas^{hh}, quod sub relaxatione predicta nullatenus includantur. Ad alias vero prebendas, quas inⁱⁱ aliis obtinebant ecclesiis, presentem declarationem nostram intelligimus non extendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione, XIII kalendas novembris pontificatus nostri^{jj} anno tertio^{kk2}.

¹ 1344 Oktober 1.

² 1344 Oktober 19.

^a Declaratio - reservata OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45 [am linken Seitenrand], Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75 Secunda declaratio relaxationis predictae; RA 79, RV 163 Ad futuram rei memoriam declarantur prebende illorum, qui easdem una cum dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, prioratibus, preposituris, administrationibus seu mensatis in eisdem obtinebant ecclesiis, etiamsi dictis dignitatibus, prioratibus etc. annexe non existant, per reservationem dignitatum, personatum, officiorum, beneficiorum, prioratum, prepositurarum et administrationum

seu mensatarum huiusmodi esse affecte, quod sub relaxatione reservationum per alias litteras ad bienni-
 um facta minime includuntur
^b futuram *Firenze 45* perpetuam
^c benignitas *Trier 987* benignitatis
^d pariant *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Stuttgart 61* pareant
^e factas *Arm. 82, RV 138, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987* factis
^f tunc *Wolfenbüttel 75* cum cura
^g in *VL 3984, Mainz 39, Napoli 12* de
^h communi *fehlt BL 2850*
ⁱ assecutione *Firenze 45* executis
^j concessarum *Stuttgart 61* concessas
^k retardate *VL 3984* reportate
^l supra dictum *Arm. 82, Paris 4172* predictum
^m voluimus - decrevimus *BL 2850, VL 6343* volumus - decernimus
ⁿ in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis quibuscumque seu de certis beneficiis ecclesiasticis certarum personarum *fehlt BL 2850, Stuttgart 61, Trier 987*
^o per nos *fehlt Stuttgart 61*
^p octobris *BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61* decembris
^q proximo *BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Napoli 12, Stuttgart 61* proxime
^r nostrarum *fehlt RV 163, Stuttgart 61*
^s quidem beneficiorum *Stuttgart 61* quodlibet
^t sexaginta *BL 2850, OL 778, VL 6343* LX
^u quadraginta *BL 2850, OL 778, VL 6343* XL
^v reservationes *fehlt BL 2850, VL 6343*
^w precessissent *VL 6343* processissent
^x et contingit *fehlt OL 778, Stuttgart 61*
^y ecclesiis *fehlt RV 138*
^z hesitare *RV 163* exitare
^{aa} qui *BL 2850, VL 6343* que
^{bb} beneficia *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12*
^{cc} dum *Stuttgart 61* dudum
^{dd} viverent *Trier 987* venirent
^{ee} hesitationis - dubitationis *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75* hesitationibus - dubitationibus
^{ff} litigiosus *VL 6343* litigiosus; *Stuttgart 61* litigioso
^{gg} aditus *BL 2850, VL 6343* auditus
^{hh} affectas *VL 3984, Stuttgart 61* effectas
ⁱⁱ in *fehlt BL 2850*
^{jj} pontificatus nostri *fehlt RA 79, RV 138, RV 163, BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61*
^{kk} tertio *VL 3984* III

28.

Arm. 82, fol. 87v-88v; **Reg. Aven. 82-83** (nichts); **Reg. Vat. \$\$\$**; **BL 2825**, fol. 72r-72v; **BL 2850**, fol. 54r-54v; **OL 778**, fol. 3v (Rubrik), fol. 35v; **VL 3984**, fol. 88v-89r; **VL 6343**, fol. 69r-69v; **Firenze 45**, fol. 13rb; **Mainz 39**, fol. 305v-306r; **Napoli 12**, fol. 66r; **Paris 4172**, fol. 84v-85r; **Stuttgart 61**, fol. 439v-440r; **Trier 987**, fol. 36v-37r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 60r-60v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 92f. Nr. 39** (nach BL 2825); **Regest: - (keine Registerüberlieferung feststellbar).**

DECLARATIO, QUOD, SI BENEFICIUM PERSONE REGULARIS SIT RESERVATUM, LOCUS, QUEM IPSA PERSONA HABET IN MONASTERIO SEU LOCO, IN QUO EST CERTUS PERSONARUM REGULARIUM NUMERUS, SIT ETIAM RESERVATUS^a.

Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta^b **dubia**, que in actis seu gestis per sedem eandem interdum insurgunt, libenter dilucidat et declarat, ut exinde dispendia litium inter personas ecclesiasticas presertim religiosas valeant evitari. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis in^c dubium revocetur, an reservato^d per nos^e quovis ecclesiastico beneficio per regulares personas solito gubernari^f intelligatur locus, quem persona regularis^g obtinens dictum beneficium habebat in ecclesia seu monasterio aut quovis alio loco religioso, in quo est certus numerus personarum^h regularium, censeatur etiam reservatus, nos ad huiusmodi dubium super hiis submovendum et anfractus litium evitandos auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse, utⁱ, quodcumque aliquod ecclesiasticum^j beneficium regulare, etiamsi prioratus, dignitas, personatus, administratio, officium vel quodvis aliud existat et quocumque nomine nuncupetur, consuetum per^k personas regulares ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, decanatum et quorumlibet aliorum locorum regularium quorumcumque ordinum fuerit gubernari hactenus, reservavimus^l aut reservabimus^m in futurum, locus, quem persona regularis dictum beneficium sic reservatum obtinens habebat seu habebit in ecclesiis, monasteriis, prioratibus, decanatibus seu locis aliis regularibus vel eorum aliquo supradictis, in quibus certusⁿ dictarum personarum regularium numerus erat vel erit tempore reservationis huiusmodi canonice institutus^o, eo ipso reservatus existat et pro reservato^p penitus habeatur, ac nihilominus irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum etc. nostre declarationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario etc. Datum Avinione, VI^q idus octobris pontificatus nostri anno quarto¹.

¹ 1345 Oktober 10.

^a Declaratio - reservatus OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75 Declaratio, quod reservato beneficio persone regularis, quod obtinebat in loco, in quo erat certus numerus, locus, quem habebat in loco ipso, sit eo ipso reservatus

^b circumspecta *fehlt* VL 3984

^c in *fehlt* Wolfenbüttel 75

^d reservato BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12 reservatio

^e BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39 *folgt* facta de; Napoli 12 *folgt* facta per

^f gubernari BL 2850 gubernatori

^g regularis *fehlt* Wolfenbüttel 75

^h aut - personarum *fehlt* Napoli 12

ⁱ ut *fehlt* Napoli 12

^j ecclesiasticum *fehlt* BL 2850, VL 3984, VL 6343

^k per *fehlt* Arm. 82

^l reservavimus BL 2850, VL 3984, VL 6343, Stuttgart 61 reservamus

^m reservabimus *Stuttgart 61* reservabamus

ⁿ certus *Firenze 45* certis

^o institutus *VL 6343* institutis

^p pro reservato *Napoli 12* per preservato

^q *VI BL 2850, VL 6343* sexto

^r pontificatus nostri *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75*

29.

Arm. 82, fol. 88v-89r; **Reg. Aven. 82-83** (nichts); **Reg. Vat. \$\$\$**; **BL 2825**, fol. 72v-73r; **BL 2850**, fol. 54v-55r; **OL 778**, fol. 3v (Rubrik), fol. 35v-36r; **VL 3984**, fol. 89r; **VL 6343**, fol. 69v-70r; **Firenze 45**, fol. 13rb-13va; **Mainz 39**, fol. 306r-306v; **Napoli 12**, fol. 66v; **Paris 4172**, fol. 85r-85v; **Stuttgart 61**, fol. 440r-440v; **Trier 987**, fol. 37r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 60v-61r (nicht kollationiert); **Druck: Lux**, *Constitutionum* S. 93f. Nr. 40 (nach *BL 2825*); **Regest: -**. (keine Registerüberlieferung feststellbar).

DECLARATIO, QUOD LOCA CANONICALIA ECCLESiarUM, MONASTERIORUM AUT ALIORUM LOCORUM CERTUM NUMERUM HABENTIUM REMANEANT RESERVATA ET QUOD SUB RELAXATIONE NON INCLUDENTUR^a.

Ad futuram rei memoriam. Officii nostri debitum exposcit, ut hiis, que a nobis suppliciter postulantur, illis presertim, per que inter personas desiderantes sub regulari habitu domino famulari dispendia litium precaveri valeant, favorabiliter annuamus. Dudum siquidem ex certis causis voluimus^b et apostolica auctoritate per nostras certi tenoris litteras duximus declarandum, quod - quibuscumque reservationibus specialibus de certis canonicatibus et prebendis singularum et certarum personarum in cathedralibus^c vel collegiatis ecclesiis quibuscumque seu de certis beneficiis ecclesiasticis personarum certarum cum cura vel sine cura tunc per nos factis aut in antea faciendis nequaquam obstantibus - expectantes per nostras litteras canonicatus, prebendas et beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura^d presentes pariter et futuri canonicatus et prebendas^e tam in cathedralibus quam in collegiatis ecclesiis supradictis nec non beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura^f, quorum quidem^g beneficiorum^h fructus, redditus et proventus, si cum cura, sexagintaⁱ, si vero sine cura forent, quadraginta^j librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excederent, perinde usque ad biennium tunc proxime^k futurum vigore dictarum litterarum nostrarum libere acceptare et de ipsis sibi facere provideri valerent, ac si predicte reservationes per nos, ut premittitur, facte seu faciende acceptationes seu provisiones huiusmodi minime^l precessissent. Cum itaque, sicut accepimus, a pluribus in dubium revocetur, utrum in voluntate ac decreto nostris predictis nos intellexerimus loca canonicalia^m ecclesiarum, monasteriorum ac prioratum et quorumvis aliorum

locorum regularium certum canonicorum numerum habentium, que persone regulares tunc temporisⁿ obtinuerant aut obtinebant vel obtinerent, in antea per nos^o tunc temporis^p specialiter reservata vel in posterum reservanda, ut premittitur, comprehendi, nos ad sopiendum lites, que exinde oriri possent, dubitationis huiusmodi^q materiam amputare volentes auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nostre intentionis existere ac etiam extitisse, quod loca canonicalia prefata tunc vacantia et in antea vacatura in voluntate ac decreto predictis nullatenus includantur. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, idus aprilis pontificatus nostri^r anno quarto¹.

¹ 1346 April 13.

^a Declaratio - includentur OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75 Declaratio, quod loca regularium certum numerum habentium remaneant reservata

^b voluimus Napoli 12 volumus

^c de - cathedralibus fehlt Firenze 45

^d tunc - cura fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75

^e et beneficia - prebendas fehlt Trier 987

^f tunc - cura fehlt Stuttgart 61

^g quorum quidem BL 2850, VL 6343 quorumcumque

^h beneficiorum fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75

ⁱ sexaginta OL 778 LX

^j quadraginta OL 778 XL

^k proxime OL 778 proximum; Trier 987, Wolfenbüttel 75 proximo

^l minime fehlt Napoli 12

^m loca canonicalia Firenze 45 loco canonicali

ⁿ temporis fehlt VL 3984, Mainz 39, Napoli 12

^o per nos fehlt VL 3984

^p obtinuerant - temporis fehlt Stuttgart 61

^q dubitationis huiusmodi VL 3984 dubitationibus

^r pontificatus nostri nur VL 3984

30.

Arm. 82, fol. 91v-92r; **RV 152 Rubr.**, fol. 2v Nr. 23; **RV 152**, fol. 12r-12v; **RV 214**, fol. 21v; **BL 2825**, fol. 74r-74v; **BL 2850**, fol. 56r-56v; **OL 778**, fol. 3v (Rubrik), fol. 36v-37r; **VL 3984**, fol. 90r; **VL 6343**, fol. 71r; **Firenze 45**, fol. 13va; **Mainz 39**, fol. 307v-308r; **Napoli 12**, fol. 67v-68r; **Paris 4172**, fol. 87r-87v; **Trier 987**, fol. 38r-38v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 62r-62v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 83f. Nr. 30** (nach BL 2825); **Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 37f. Nr. 170.**

RESERVATIO IN REGNO SICILIE ET TERRIS CITRA FARUM^a SUB DOMINIO ROMANE ECCLESIE EXISTENTIBUS^b.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Inter cetera, que nostris inducit^c sollicitudinibus officium apostolice servitutis, de statu regni Sicilie ac Terrarum citra Farum, que de nostro et ecclesie Romane directo dominio existere dinoscuntur,

ut^d prosperis dirigantur gratia prestante divina successibus^e, nos attentis convenit cogitationibus meditari. Sane quia non^f parum hiis presertim temporibus esse creditur circa hoc opportunum, quod in^g ecclesiis cathedralibus et aliis locis ecclesiasticis^h sollemnibus regni et terrarum predictorum prelati et rectores preficianturⁱ per apostolice sedis providentiam idonei, qui ecclesiis et locis eisdem scientes^j, volentes et valentes preesse utiliter et prodesse statum eorundem regni et terrarum zelentur prosperum, pacificum et tranquillum et ad observationem^k cultus fidelitatis, pacis et iustitie suos instruant subditos et inducant. Nos hiis et aliis piis et iustis moti considerationibus et inducti habitaque deliberatione cum fratribus nostris super hiis et de ipsorum consilio provisiones et^l dispositiones omnium et singularum ecclesiarum cathedralium nec non et monasteriorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum in^m eisdem regno et terris consistentium ad presens vacantium et in antea vacaturorum usque ad biennium a data presentium computandum nobis et sedi apostolice auctoritate apostolicaⁿ reservamus, districtius inhibentes capitulis et conventibus^o ecclesiarum et monasteriorum predictorum et aliis, quorum interest vel interesse poterit in futurum, ne ad electionem, postulationem, nominationem vel aliam quamcumque provisionem prelatorum preficiendorum in eis contra reservationem nostram huiusmodi presumant procedere quoquo modo, ac decernentes ex nunc^p irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservationis, inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, VIII^q idus februarii pontificatus nostri^r anno primo^{s1}.

¹ 1343 Februar 6.

^a citra farum *fehlt* Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel

^b Reservatio - existentibus Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75; RV 152 Rubr. Ad futuram rei memoriam. Reservantur usque ad biennium dispositioni domini pape et sedis apostolice provisiones omnium ecclesiarum cathedralium et monasteriorum preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum in regno Sicilie ac Terris citra Farum consistentium; OL 778 *marginal zum Text* Inhibitio, ne eligant

^c Arm. 82, BL 2825, VL 3984, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Trier 987, Wolfenbüttel 75 indicit

^d ut OL 778, VL 3984, Trier 987 in

^e successibus BL 2850 successoribus

^f non VL 3984 in

^g in *fehlt* Firenze 45

^h ecclesiasticis *fehlt* Napoli 12

ⁱ preficiantur OL 778 prefici

^j scientes VL 3984 facientes

- ^k observationem *Napoli 12* observantiam
^l provisiones et *fehlt VL 3984*
^m in *fehlt BL 2850, VL 6343*
ⁿ apostolica *fehlt Napoli 12*
^o conventibus *BL 2850* conventualibus
^p nunc *Arm. 82, BL 2825, OL 778, Firenze 103* tunc
^q VIII *BL 2850, VL 6343* octavo
^r pontificatus nostri *fehlt RV 152, RV 214, VL 3984*
^s VIII - primo *fehlt Napoli 12*

31.

Arm. 82, fol. 92r-93r; **RV 167 Rubr.**, fol. 1r Nr. 6; **RV 167**, fol. 2r; **RV 216**, fol. 11v; **BL 2825**, fol. 74v-75r; **BL 2850**, fol. 56v-57r; **OL 778**, fol. 3v (*Rubrik*), fol. 37r-37v; **VL 3984**, fol. 90r-90v; **VL 6343**, fol. 71v; **Firenze 45**, fol. 13va-13vb; **Mainz 39**, fol. 308r-308v; **Mainz 463**, fol. 72v-73r; **Napoli 12**, fol. 68r; **Paris 4172**, fol. fol. 87v-88r; **Trier 987**, fol. 38v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 62v-63r; **Druck: LUX**, *Constitutionum S. 89f. Nr. 36* (nach *BL 2825*); **Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 212 Nr. 1141.**

DECLARATIO, QUOD QUIBUSCUMQUE SPECIALIBUS RESERVATIONIBUS NON OBSTANTIBUS EXPECTANTES POSSINT BENEFICIA USQUE AD CERTAM SUMMAM ACCEPTARE ET SIBI FACERE PROVIDERE DE EISDEM^a.

Clemens episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex plerumque gesta vel ordinata per eum revocat seu commutat^b in melius, ut^c auriga rationis previa^d hoc conspiciat salubriter et utiliter^e expedire. Cum itaque, sicut ex fidedignorum relatione^f percepimus, propter reservationes de certis canonicatibus et prebendis ac beneficiis ecclesiasticis dispositioni nostre ac sedis apostolice per nos factas, plures et diverse persone ecclesiastice, quibus de canonicatibus^g cum reservatione prebendarum in diversis^h tam cathedralibus quam collegiatis ecclesiis seu etiam de beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, si tunc vacabant vel cum vacarent, in diversis mundi partibus per nostras certi tenoris litteras tam in specialiⁱ quam in communi forma auctoritate apostolica gratias duximus concedendas, prebendas et beneficia huiusmodi expectantes ab assecutione^j dictarum gratiarum eis^k per nos, ut prefertur, concessarum diutius fuerint retardate, propter quod eedem persone, ut premittitur, expectantes ex predictis gratiis nullum adhuc commodum reportarunt, quinimo labores subierunt plurimos et expensas, nos eisdem expectantibus pio^l in hac parte compatientes affectu ac cupientes, ut predictae gratie per nos eis^m, ut prefertur, concessae suum sortiantur effectum, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod - quibuscumque reservationibus specialibus de certis canonicatibus et prebendis singularium et certarum personarum in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis quibuscumque seu de certis beneficiis ecclesiasticis certarum personarum cum cura vel sine cura per nos hac-

tenus factis aut in posterum faciendis nequaquam obstantibus - prefati expectantes presentesⁿ pariter et futuri prebendas tam in cathedralibus quam in collegiatis ecclesiis supradictis nec non beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, que vigore dictarum litterarum nostrarum exspectant seu etiam expectabunt, quorum quidem beneficiorum fructus, redditus et proventus, si cum cura, sexaginta^o, si vero sine cura^p, quadraginta^q librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excedant, perinde^r libere acceptare et de ipsis sibi provideri facere valeant, ac si predictae reservationes per nos, ut premittitur, facte seu faciende^s acceptationes et provisiones huiusmodi minime precessissent, presentibus post biennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, kalendis octobris pontificatus nostri^t anno III^u.

¹ 1344 Oktober 1.

^a Declaratio - eisdem OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 Relaxatio pro expectantibus ad biennium de (de BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39 pro) beneficiis reservatis; RA 81, RV 167 Ad futuram rei memoriam. Reservationes canonicatum et prebendarum ac aliorum beneficiorum, quorum fructus, si cum cura, sexaginta, si sine cura, quadraginta libras Turonensium parvorum secundum taxationem non excedunt, usque ad biennium suspenduntur; Mainz 463 Reservatio gratie de beneficiis nondum adeptis

^b commutat OL 778, Napoli 12 commitat

^c ut Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 prout

^d previa Napoli 12 providentia

^e utiliter Mainz 463 utilius

^f relatione Arm. 82 relaxatione

^g per nos - canonicatibus fehlt Firenze 45

^h in diversis fehlt VL 3984

ⁱ speciali Mainz 463 specialibus

^j assecutione Firenze 45 executis; Mainz 463 executione

^k eis fehlt Firenze 45

^l pio fehlt Wolfenbüttel 75

^m eis fehlt Wolfenbüttel 75

ⁿ presentes fehlt Firenze 45, Mainz 463

^o sexaginta BL 2850, OL 778, VL 6343, Mainz 463 LX

^p Firenze 45, Napoli 12, Mainz 463 folgt fuerit

^q quadraginta BL 2850, OL 778, Mainz 463 XL

^r perinde Mainz 463 proinde

^s valeant - faciende fehlt Wolfenbüttel 75

^t pontificatus nostri fehlt RV 167, RV 216, OL 778

^u Avinione - tertio BL 2850, VL 6343 etc.; kalendis - tertio Napoli 12 etc.; tertio OL 778 III

32.

Arm. 82, fol. 93r-93v; RV 161 Rubr., fol. 1r Nr. 18; RV 161, fol. 4v; RV 215, fol. 6v; BL 2825 fol. 75r-75v; BL 2850, fol. 57r-57v; OL 778, fol. 37v; VL 3984, fol. 90v-91v; VL 6343, fol. 71v-72r; Firenze 45, fol. 13vb;

Mainz 39, fol. 308v-309r; **Napoli 12**, fol. 68r-68v; **Paris 4172**, fol. 88r-88v; **Trier 987**, fol. 38v-39r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 63r-63v; **Druck: Lux, Constitutionum S. 85f. Nr. 33 (nach BL 2825); Regest: Clément VI, Lettres closes ... autres que la France S. 53 Nr. 401.**

RESERVATIO BENEFICIORUM IN PARTIBUS ITALIE ET TUSCIE CONSISTENTIUM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dirigentes nostre considerationis intuitum ad statum ecclesiarum et monasteriorum partium Italie actore^b Domino salubriter promovendum et propterea cupientes, ut ecclesiis presertim cathedralibus ac monasteriis et locis^c conventualibus regularibus ordinum quorumcumque tales preficiantur in prelatos per apostolice sedis providentiam et pastores, qui sciant, possint et velint ecclesiis, monasteriis et locis ipsis^d preesse utiliter et prodesse. Huiusmodi et nonnullis aliis^e rationabilibus causis inducti provisiones omnium et singularum patriarchalium, archiepiscopalium^f et episcopalium ecclesiarum nec non monasteriorum, prioratum et locorum conventualium virorum dumtaxat abbates proprios seu superiores sui ordinis non habentium ac principalium prelatorum seu capitum ordinum non^g mendicantium quorumcumque in Aquilegiensi et Gradensi patriarchatibus^h ac Mediolanensi, Ravennatensiⁱ, Pisana et Ianuensi civitatibus, diocesibus et provinciis nec non in partibus Tuscie consistentium et ad presens vacantium ac usque ad biennium a data presentium computandum vacaturorum, ad quorum regimina prelati per electionem consueverunt seu debent assumi, ordinationi et dispositioni nostre ac sedis eiusdem de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine reservamus, universis et singulis ecclesiarum earundem nec non monasteriorum, prioratum, ordinum et locorum predictorum capitulis, collegiis seu conventibus et personis aliis quibuscumque districtius inhibentes, ne ad aliquam electionem, nominationem, postulationem seu provisionem quamcumque contra^j reservationem nostram huiusmodi procedere^k quoquo modo presumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super^l premissis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reservationis, inhibitionis et^m constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, idus februarii pontificatus nostriⁿ anno secundo^{o1}.

¹ 1344 Februar 13.

^a Reservatio - consistentium OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 Reservatio generalis episcopalium et aliarum collegiatarum eccle-

siarum et monasteriorum in provinciis; *RV 161 Rubr.* Ad futuram rei memoriam. Reservantur dispositioni sedis apostolice provisiones omnium et singularum patriarchalium, archiepiscopalium et episcopalium ecclesiarum nec non monasteriorum, prioratum et aliorum conventualium virorum dumtaxat in Aquilegensi et Gradensi patriarchalibus ac Mediolanesi, Ravennatensi, Pisana et lanuensi civitatibus et diocesis et provinciis nec non in partibus Tuscie consistentium usque ad biennium

^b actore *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75* auctore

^c *BL 2850, VL 3984, VL 6343 folgt aliis*

^d ipsis *OL 778* illis

^e aliis *fehlt Napoli 12*

^f archiepiscopalium *fehlt BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343*

^g non *VL 3984* in

^h patriarchatibus *BL 2850, VL 6343* patriarchalibus

ⁱ Ravennatense *fehlt RV 161*

^j contra *fehlt Napoli 12*

^k procedere *fehlt Firenze 45*

^l *VL 3984, Firenze 45 folgt hiis*

^m *Napoli 12 folgt voluntatis*

ⁿ pontificatus nostri *fehlt RV 161, RV 215, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45*

^o idus - secundo *Napoli 12* etc.

33.

Arm. 82, fol. 94r-96r; **RV 157 Rubr.**, fol. 1v Nr. 45; **RV 157**, fol. 12v-13r; **BL 2825**, fol. 75v-77r; **BL 2850**, fol. 57v-59r; **OL 778**, fol. 3v (*Rubrik*), fol. 37v-38v; **VL 3984**, fol. 91r-91v; **VL 6343**, fol. 72r-73r; **Firenze 45**, fol. 13vb-14rb; **Mainz 39**, fol. 309r-310r; **Napoli 12**, fol. 68r-69v; **Paris 4172**, fol. 88v-90v; **Trier 987**, fol. 39r-40r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 63v-65r; **Teildruck: LUX, Constitutionum S. 85 Nr. 32** (nach *BL 2825*); **Regest: Clément VI, Lettres closes ... autres que la France S. 53 Nr. 400** (nach *RV 157*).

CASSATIO RESERVATIONUM IN PATRIARCHATU AQUILEGIENSI ET QUIBUSDAM ALLIS PROVINCIIS AC IN PARTIBUS TUSCIE PER PREDECESSORES FACTARUM DECERNENDO, QUOD ELECTIONES AD DIGNITATES ILLARUM PARTIUM POST IPSORUM PREDECESSORUM OBITUM FACTE VALEANT, AC HUIUSMODI DIGNITATES, DE QUIBUS ORDINATUM NON EXISTIT, DISPOSITIONI APOSTOLICE RESERVANDO^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Super universas orbis ecclesias a Domino constituti circa earum commoda et gregis dominici nobis in eis commissi custodiam libenter, prout tenemur, ex debito vigilis speculatoris officium^b adhibemus et ad ea, que animarum salutem, ecclesiarum ipsarum bonum statum et fidelium^c tranquillitatem respiciunt, studiis totis intendimus intensis desideriis laborando, ut^d ecclesie ipse ac loca ecclesiastica rectoribus^e gubernentur idoneis et canonico titulo teneantur omnisque^f tollatur occasio, per quam possit contrarium provenire^g. Olim siquidem^h felicitis recordationis Iohannes papa XXII predecessor noster ex certis causis rationabilibus provisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium et etiam quarumlibet ecclesiarum collegiatarum secularium nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratum et

aliorum quorumcumque piorum locorum in patriarchatu Aquilegiensi nec non Mediolanensi, Ravennatensi, lanuensi et Pisana provinciis ac etiam partibus Tuscie preterquam de ipsis piis locis consistentium, ad que prelati eorum consueverunt seu debebant per electionem assumi, dispositioni et ordinationi sue ac sedis apostolice de fratrum suorum consilio usque ad eiusdem sedis beneplacitum auctoritate apostolica reservavit, decernens ex tunc irritum et inane, quidquid contra reservationem suam huiusmodi quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et subsequenter predecessor ipse certis aliis causis et rationibus inductus tam in patriarchatuⁱ et Mediolanensi, Ravennatenso, lanuensi et Pisana ac partibus predictis quam in Gradensi provinciis similes reservationes generales biennales^j seu temporales cum similis^k interpositione decreti fecit, que^l per eum de biennio in biennium^m prorogateⁿ usque ad suum obitum et post^o per tempus aliquod duraverunt, et nihilominus interim certis aliis rationabilibus causis motus pariter et inductus plebes et collegiata^p aliaque beneficia ecclesiastica, hospitalia et pia loca quecumque Lucane et Pisane civitatum et diocesum ac ipsius civitatis Pisane districtus, etiamsi forent de Vulterana, Massanensi, Lunensi et Grossetana diocesibus, exceptis tamen^q dumtaxat pertinentibus ad collationem archiepiscopi^r Pisani^s, qui est pro tempore, nec non beneficia omnia et singula etiam^t dignitates, personatus et officia^u regularia vel secularia^v civitatis et diocesis Mediolanensis ac - ipso Iohanne postmodum sublato de medio - pie memorie Benedictus papa XII^w predecessor noster assumptus ad apicem apostolice dignitatis confirmationes omnium electionum, quas ad quascumque cathedrales et collegiatas ecclesias seculares et regulares^x dictarum civitatis et diocesis et provincie Mediolanensis tunc vacantes et in antea vacaturas celebrari contingeret, ordinationi et dispositioni sue ac sedis eiusdem cum interpositione decreti etiam reservaverunt et deinde - dicto Benedicto viam universe carnis ingresso nobisque postmodum gratia divina favente ad apicem summi apostolatus assumptis^y -, cum a nonnullis verteretur in dubium, an^z predictae reservationes generales usque ad beneplacitum dicte sedis per ipsum Iohannem, ut premittitur, facte per predictas alias generales reservationes biennales seu temporales revocate forent, et super hoc coram nobis esset diversis vicibus et temporibus disceptatum^{aa}, nos volentes in hac parte salubriter providere, deliberatione^{bb} super hiis cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus prehabita diligenti de ipsorum consilio auctoritate apostolica prefatum tamen per^{cc} hoc non declarando dubium ordinamus, ut omnes et singuli, qui post obitum^{dd} dicti Iohannis predecessoris post et contra^{ee} reservationes et decreta predicta ad^{ff} patriarchales, archiepiscopales^{gg}, episcopales^{hh} et alias quaslibet dignitates ecclesiarum collegiatarum seculariumⁱⁱ nec non abbatiarum^{jj}, mona-

steriorum et prioratum et aliorum quorumcumque religiosorum ac piorum locorum regimina alias tamen rite et canonice sunt^{kk} assumpti, et illi^{ll} etiam, quibus in plebibus, dignitatibus, personatibus vel officiis nec non collegiatis et aliis beneficiis ecclesiasticis, hospitalibus et piis locis quibuscumque patriarchatum^{mm}, provinciarum, civitatum et diocesum ac partium predictarum vel ad ea ius est, si non fuissent reservationes huiusmodi, alias acquisitum, possint illa perinde licite retinere, assequi et habere, ac si reservationes predictae facte minime extitissent, omnem infamie et inhabilitatis maculam seu notam, si quas propterea tales contraxissentⁿⁿ, de apostolice potestatis plenitudine abolentes ipsos et eorum quemlibet plenarie auctoritate habilitamus eadem nec non consecrationis^{oo} a patriarchis, archiepiscopis^{pp} et episcopis et benedictionis^{qq} ab abbatibus munus alias tamen rite susceptum ac omnia et singula alias etiam rite^{rr} gesta et administrata per eos ex^{ss} certa scientia approbamus fructusque per eos interim ex prelaturis, dignitatibus, personatibus, officiis, hospitalibus, piis locis et aliis beneficiis ecclesiasticis supradictis perceptos^{tt} ipsis remittimus et donamus. Per hoc autem^{uu} provisionibus de patriarchalibus, archiepiscopalibus, episcopalibus, abbatialibus et quibusvis aliis dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis, hospitalibus et aliis piis locis huiusmodi nec non acceptationibus^{vv} de ipsis auctoritate apostolica factis^{ww} nolumus^{xx} nec intendimus in aliquo derogari et nihilominus illa ex predictis prelaturis, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, hospitalibus et aliis piis locis, que post reservationes huiusmodi vacaverunt et de quibus per sedem eandem vel alios, ad quos eorum dispositio, si non fuissent facte reservationes predictae^{yy}, pertineret, ordinatum^{zz} alias^{aaa} canonice non existit, dispositioni^{bbb} nostre ac sedis eiusdem tenore presentium^{ccc} reservamus, decernentes irritum et inane, quidquid contra reservationem nostram huiusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nos insuper omnes et singulas reservationes predictas^{ddd} eorundem predecessorum quoad patriarchales, archiepiscopales, episcopales, abbatiales et alias^{eee} dignitates, personatus et officia ac beneficia, hospitalia et alia pia loca predicta ex nunc in antea vacatura auctoritate predicta, quatenus^{fff} robur habere poterant, cassamus, irritamus et penitus^{ggg} annullamus ipsasque nullius fore decernimus penitus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis, abolitionis, habilitationis, approbationis, remissionis^{hhh}, donationis, voluntatis, cassationis, irritationis, annulationisⁱⁱⁱ et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem

omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione, idus^{jjj} februarii pontificatus nostri^{kkk} anno secundo^{lll1}.

¹ 1344 Februar 13.

^a OL 778; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 Revocatio (Revocatio BL 2850, VL 6343 Reservatio) generalis reservationum domini Iohannis (Paris 4172 folgt XXII) pape in provinciis Italie et reservatio illorum, de quibus non fuit ordinatum; RV 157 Rubr. Ad perpetuam rei memoriam ordinatur, ut omnes et singuli, qui post et contra reservationes et decreta facta per Iohannem papam XXII de patriarchalibus, archiepiscopalibus et episcopalibus ac aliis inferioribus dignitatibus consistentibus in patriarchatu Aquilegiense nec non Mediolanense, Ravennatense, lanuense et Pisana provinciis huiusmodi dignitates alias canonice adepti fuerint, licite valeant retinere, ac si huiusmodi reservationes facte non fuissent

^b officium Napoli 12 officio

^c fidelium Napoli 12 fidelem

^d ut VL 3984 et

^e rectoribus Napoli 12 rationibus

^f omnisque Trier 987 omnibusque

^g provenire Napoli 12 pervenire

^h siquidem fehlt BL 2850, VL 6343

ⁱ BL 2850, VL 6343 folgt Aquilegiense

^j biennales fehlt Wolfenbüttel 75

^k similis BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45 simili

^l que fehlt Wolfenbüttel 75

^m in biennium fehlt Napoli 12

ⁿ prorogate RV 157, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 103, Wolfenbüttel 75 prorogare

^o post RV 157 postquam

^p collegiata OL 778 collegia

^q tamen OL 778 tam

^r archiepiscopi OL 778 episcopi

^s Pisani Wolfenbüttel 75 Lucani

^t etiam OL 778 etiamsi

^u officia VL 3984 beneficia

^v vel secularia fehlt Wolfenbüttel 75

^w XII Wolfenbüttel 75 duodecimo

^x seculares et regulares Napoli 12 secularium et regularium

^y assumptis Arm. 82, BL 2825, VL 3984, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 assumpti; BL 2850, VL 6343 assumptus

^z an Firenze 45 cum

^{aa} disceptatum Arm. 82, BL 2825, OL 778, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75 discerptatum (!); BL 2850 disceptatum; VL 6343 discrepatum; Mainz 39, Napoli 12 discerptatum

^{bb} deliberatione Firenze 45 deliberatis

^{cc} per fehlt BL 2850, VL 6343

^{dd} obitum fehlt Wolfenbüttel 75

^{ee} post et contra fehlt Wolfenbüttel 75

^{ff} ad fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343

^{gg} archiepiscopales fehlt BL 2850, VL 6343

^{hh} episcopales fehlt Trier 987

ⁱⁱ secularium fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Wolfenbüttel 75

^{jj} abbatiarum RV 157, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Trier 987, Wolfenbüttel 75 abbatias

^{kk} sunt fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75

^{ll} illi Napoli 12 illis

^{mm} patriarchatum OL 778 patriarchalium

ⁿⁿ omnem - contraxissent fehlt OL 778; contraxissent VL 3984 concepissent

^{oo} consecrationis *Trier 987* consecrationes
^{pp} archiepiscopis et *fehlt VL 3984*
^{qq} benedictionis *Trier 987* benedictiones
^{rr} ac omnia - rite *fehlt VL 3984*
^{ss} ex *Firenze 45* et
^{tt} perceptos *BL 2850, VL 6343* perceptis
^{uu} autem *fehlt RV 157; Napoli 12* folgt de
^{vv} *Napoli 12* folgt eiusdem
^{ww} factis *Napoli 12* facimus
^{xx} nolumus *BL 2850* volumus
^{yy} predictae *fehlt BL 2850*
^{zz} ordinatum *VL 3984* ordinationi
^{aaa} alias *fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343*
^{bbb} dispositioni *BL 2850* disponere
^{ccc} tenore presentium *fehlt OL 778*
^{ddd} *OL 778* folgt per
^{eee} et alias *fehlt VL 3984*
^{fff} quatenus *fehlt Napoli 12*
^{ggg} penitus *fehlt VL 3984*
^{hhh} remissionis *Wolfenbüttel 75* remissis
ⁱⁱⁱ annulationis *fehlt Firenze 45*
^{jjj} idus *Trier 987* idibus
^{kkk} pontificatus nostri *fehlt RV 157, VL 3984, Wolfenbüttel 75*
^{lll} Avinione - secundo *BL 2850, VL 6343* etc.; secundo *Firenze 45* 2^o

34.

34A. Ross. 1035, fol. 14v; Kassel 59, fol. 58r.

NUPER PROPOSITO^a.

Declarat, quod dispensatio facta super consanguinitate contingentium se in quarto^b gradu habet locum, si unus est in tertio gradu a communi stipite et alter in quarto, etiamsi non fit mentio de hoc in dispensatione.

^a Nuper proposito *Ross. 1035, Kassel 59; Berlin 661* Nam proposito

^b quarto *Kassel 59* IIII

34B. Arm. 82, fol. 98r-98v; RA 77, fol. 8r Nr. 34 (Rubrik), fol. 241r-241v; RA 133, fol. 523r (Rubrik), fol. 531r-532r; Reg. Vat. \$\$\$, fol. \$\$\$; BL 2825, fol. 77v-78r; BL 2850, fol. 60r-60v; OL 778, fol. 3v (Rubrik), fol. 38v-39r; VL 3984, fol. 92v; VL 6343, fol. 74r; Firenze 45, fol. 14vb; Mainz 39, fol. 311r-311v; Napoli 12, fol. 70r-70v; Napoli 20, fol. 365r-365v; Paris 4172, fol. 91v-92r; Stuttgart 61, fol. 440v; Trier 987, fol. 40v-41r; Wolfenbüttel 75, fol. 65v-66r; Druck: Nova Alamanniae 2/2 S. 890-892 Nr. 1550 (nach Kassel 62); Regest: -.

DECERNITUR DISPENSATIO IN QUARTO GRADU OBTENTA ESSE VALIDA ET IN FUTURUM VALITURA, LICET DISPENSARI PETENTES IN TERTIO ET QUARTO GRADIBUS SE ATTINGUNT, DE QUO NULLAM FACIUNT MENTIONEM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam^b rei memoriam. Nuper proposito coram nobis, quod licet olim^c felicitis recordationis Clemens papa V^d predecessor noster cum dilecto filio nobili viro^e Iohanne comite Varenne^f ac dilecta in Christo filia nobili muliere Iohanna de Barro^{g1} eius uxore, qui se quarto consanguinitatis gradu invicem contingere^h asserebant, ut non obstante impedimento consanguinitatis huiusmodi possent ad invicem matrimonialiterⁱ copulari, auctoritate apostolica dispensasset ipsique Iohannes et Iohanna matrimonium vigore dispensationis huiusmodi contraxissent et in eo per trigintatres^j annos vel circiter perstitissent^k. Tamen idem comes pretendens dispensationem huiusmodi ex eo subrepticam et invalidam fore^l, quod Iohannes tertio^m et Iohanna predictiⁿ quarto gradibus a stipite^o communi^p distabant et, quod essent in tertio, in dispensatione^q predicta^r factam mentionem aliquam non fuisse, dictam^s Iohannam eiecerat a suo consortio coniugali ac supplicato nobis, ut, cum nonnulli ex doctoribus et peritis dispensationem sufficientem et aliqui alii ex eisdem eam^t invalidam^u fore tenerent et contrarias opiniones inducerent^v, ex quibus casus huiusmodi^w dubius reddebatur, huiusmodi declarare dubium auctoritate apostolica^x dignaremur. Nos ipsum^y dubium et scandalis viam amputare volentes auctoritate apostolica declaramus^z predictam et quaslibet alias dispensationes similes obtentas a sede apostolica et in posterum obtinendas omissione mentionis^{aa} de^{bb} distantia tertii gradus predicti a stipite non facte in illis et quarumvis litium dependentia^{cc} occasione huiusmodi super eis nequaquam obstantibus sufficientes et validas existere ac robur habere plenarie firmitatis, reprobantes quorumcumque opiniones contrarias ac eas et quoslibet processus in contrarium coram quibusvis iudicibus delegatis vel ordinariis habitos inanes et irritos decernentes. Nulli ergo omnino etc. nostre declarationis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, II^{dd} nonas iunii pontificatus nostri^{ee} anno tertio^{ff2}.

¹ Iohanna de Barro comitissa Garenne Cicastrensium dioc. *erscheint in den päpstlichen Registern von 1327 bis 1336, vgl. Jean XXII, Lettres communes 7 S. 50 Nr. 30209f. und 10 S. 268 Nr. 54298; Benoît XII, Lettres communes 1 S. 313 Nr. 3481.*

² 1344 Juni 4.

^a Decernitur - mentionem OL 778; Declaratur - valitura Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75 Declaratur dispensatio duorum in tertio et quarto gradibus se attingentium in IIII (Arm. 82, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75 quarto) gradu solummodo obtenta vel (Firenze 45, Napoli 12 folgt in posterum) obtinenda valitura; RA 77 Ad perpetuam rei memoriam. Declaratur sufficiens esse et valida dispensatio inter Iohannem comitem Varenne et Iohannam de Barro eius uxorem olim factam super matrimonio inter eos contrahendo; RA 133 (Rubrik) Declaratio Clementis, quod, quando dispensatur in quarto gradu consanguinitatis, valet dispensatio etiamsi ex una parte fuit in tertio et in alio in quarto und marginal Quando dispensantur contra coniugati ordines, quibus alias fuerit dispensatio; Firenze 45, Napoli 12 folgt ac si de [Firenze 45 in] tertio gradu fieret mentio

^b perpetuam Napoli 20, Wolfenbüttel 75 futuram

^c olim fehlt OL 778

- ^d V *Napoli 20* quintus; *Stuttgart 61* IIII
^e nobili viro *fehlt BL 2850, VL 6343*
^f comite Varenne *Stuttgart 61* de ..
^g de Barro *fehlt Stuttgart 61; Barro fehlt Firenze 45*
^h contingere *BL 2850, VL 6343* attingere
ⁱ matrimonialiter *fehlt Firenze 45*
^j trigintatres *OL 778 XXV; Napoli 20 XXX tres; Stuttgart 61 XXXIII*
^k perstitissent *RA 133, VL 3984, Stuttgart 61* prestitissent
^l fore *fehlt OL 778*
^m tertio *Firenze 45* 3^o
ⁿ predicti *fehlt Firenze 45*
^o stipite *OL 778* stirpe
^p communi *fehlt VL 3984, Napoli 20*
^q dispensatione *Napoli 20* dispensationem
^r predicta *fehlt VL 3984, Napoli 20*
^s dictam *fehlt OL 778*
^t eam *fehlt VL 3984, Napoli 20*
^u invalidam *VL 3984* convalidam; *Napoli 20* validam
^v inducerent *OL 778* indicarent
^w casus huiusmodi *Firenze 45* causis
^x auctoritate apostolica *fehlt VL 3984, Napoli 20*
^y auctoritate - dubium *fehlt Wolfenbüttel 75*
^z declaramus *fehlt Firenze 45*
^{aa} mentionis *VL 3984* intentionis
^{bb} de *BL 2850* et
^{cc} dependentia *BL 2850* dispendia; *Napoli 20* pendentia
^{dd} II *Firenze 45* III
^{ee} pontificatus nostri *fehlt Arm. 82, RA 77, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75*
^{ff} Avinione - tertio *fehlt RA 133; tertio OL 778* III

34K. BL 2825, fol. 78r (am rechten Rand von Nr. 34B, beschnitten); **Firenze 45, fol. 14rb** (im Anschluss an Nr. 34B), **Mainz 39, fol. 311r** (am rechten Rand von Nr. 34B).

Gregor XI.¹

Dominus noster dominus Gregorius papa XI, V idus novembris pontificatus sui anno tertio², declaravit presentem constitutionem extendi etiam ad gradus affinitatis et non solum ad tertium et quartum, sed etiam ad secundum et tertium tam^a consanguinitatis quam affinitatis.

¹ = Gregor XI. Nr. 56.

² 1373 November 9.

^a tam *BL 2825, Mainz 39* tamen

35.

Arm. 82, fol. 100r-101r; RV 152 Rubr., fol. 2r-2v Nr. 17; **RV 152, fol. 11r-11v; RV 214, fol. 19r-19v; BL 2825, fol. 79r-79v; BL 2850, fol. 61r (= a) und 61v-62v (= b); OL 778, fol. 44v-45r; VL 3984, fol. 93r-93v; VL 6343, fol. 75r-75v; Firenze 45, fol. 14rb-14va; Mainz 39, fol. 312v-313r; Napoli 12, fol. 71r-71v; Paris 4172, fol. 93r-93v; Trier 987, fol. 41v; Wolfenbüttel 75, fol. 67r-67v; Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 39 Nr. 173.**

RESERVATIO IN TERRIS ECCLESIE ROMANE SUBIECTIS^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Inter sollicitudines varias et diversas nobis ex iniuncte desuper apostolice servitutis officio iugiter incumbentes illa nos augit cura potissimum providere, quod^b in terris nobis et ecclesie Romane immediate subiectis observetur cultus pacis, fidelitatis et iustitie, sub quibus fideles incole et habitatores earum^c statu gaudeant pacifico et securo^d. Et quia^e non parum ad hoc expediens et utile reputatur, ut in ecclesiis presertim cathedralibus et monasteriis ac aliis locis ecclesiasticis precipuis^f infra terras easdem consistentibus^g prelati et rectores per circumspectam apostolice sedis providentiam preficiantur idonei, qui nobis et eidem ecclesie Romane fideles et devoti pacem et quietem subditorum querant et foveant ac eisdem ecclesiis et monasteriis et locis sciant et velint et possint preesse utiliter et prodesse, nos nonnullorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum in hac parte vestigiis inherentes premissis et aliis certis considerationibus, que nos ad id rationabiliter induxerunt, provisiones omnium et singularum archiepiscopalium et episcopalium et collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum et prioratum conventualium regularium et secularium exemptorum et non exemptorum infra terras predictas consistentium tunc^h vacantiumⁱ vel vacaturorum in antea, in quibus prelati seu rectores consueverunt per electionem assumi, quotiens eas aut ea^j vel eos seu aliquam vel aliquod sive aliquem ipsorum vacare contigerit, dispositioni nostre ac sedis predictae usque ad biennium a prima die iunii proximo instantis¹, quo terminabitur^k tempus reservationis per felicis recordationis Benedictum papam XII predecessorem nostrum de illis olim^l facte^m, in antea computandum auctoritate apostolica reservamus, universis ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum et prioratum predictorum capitulis, collegiis, conventibus et personis districtius inhibentes, ne in eisdem ad electionem, postulationem vel provisionem aliquam, si, cum et quotiens vacationis casus in eis acciderit, tempore reservationis predictae presumant procedere quoquo modo, ac decernentes ex nuncⁿ irritum et inane, si secus per ipsos vel quosvis alios quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit super hiis^o attemptari. Ceterum volumus^p et nostre intentionis existit^q huiusmodi reservationem, inhibitionem^r et decretum ad monasteria monialium et aliarum religiosarum mulierum et ad ecclesias vel prioratus non conventuales seu quorum fructus, redditus et proventus annui^s summam quinquaginta^t florenorum auri secundum verum valorem non excedunt, nullatenus extendenda^u. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem nostre reservationis, inhibitionis, constitutionis,

¹ 1343 Juni 1.

voluntatis et intentionis infringere etc. Datum Avinione, III^v nonas maii pontificatus nostri^w anno primo^{x2}.

² 1343 Mai 5.

-
- ^a Reservatio - subiectis *Arm. 82, BL 2825, BL 2850(b), VL 3984, VL 6343(b), Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75; RV 152 Rubr.* Ad futuram rei memoriam. Reservantur usque ad biennium apostolice sedi provisiones omnium prelaturarum, prioratuum et ecclesiarum in terris domino pape et ecclesie Romane immediate subiectis consistentium, quarum prelati et rectores consueverunt per electionem assumi
- ^b quod *OL 778* et
- ^c earum *fehlt Napoli 12*
- ^d securo *OL 778 tranquillo*
- ^e quia *Arm. 82, BL 2825, BL 2850(a+b), OL 778, VL 3984, VL 6343(a+b), Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75* quod
- ^f precipuis *BL 2850(b), VL 6343(b)* precipue
- ^g consistentibus *Napoli 12* consistentes
- ^h tunc *Arm. 82, BL 2825, OL 778, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75* nunc; *BL 2850(b), VL 6343(b)* modo; *VL 3984* non
- ⁱ vacantium *BL 2850(b)* vacatura
- ^j aut ea *fehlt Firenze 45*
- ^k quo terminabitur *OL 778* qua terminabatur
- ^l olim *BL 2850(b), VL 6343(b)* anni
- ^m facte *Firenze 45* sive
- ⁿ nunc *Firenze 45* tunc
- ^o super hiis *fehlt Napoli 12*
- ^p volumus *Napoli 12* nihilominus
- ^q *Arm. 82, BL 2825, BL 2850(b), OL 778, VL 3984, VL 6343(b), Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75* folgt quod
- ^r reservationem et inhibitionem *Arm. 82, BL 2825, BL 2850(b), OL 778, VL 3984, VL 6343(b), Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75* reservatio et inhibitio
- ^s annui *BL 2850(b), VL 6343(b)* annuatim
- ^t quinquaginta *BL 2850, OL 778, VL 6343; Firenze 45* quadraginta
- ^u extendenda *Arm. 82, BL 2825, BL 2850(b), OL 778, VL 3984, VL 6343(b), Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Trier 987, Wolfenbüttel 75* extendantur
- ^v III *Mainz 39* tertio
- ^w pontificatus nostri *fehlt RV 152, RV 214, Wolfenbüttel 75*
- ^x ut in ecclesiis - primo *BL 2850(a), VL 6343(a)* etc.; Datum - primo *fehlt VL 3984; Avinione - BL 2850(b), VL 6343(b)* etc.

36.

OL 778, fol. 46r-46v; **Trier 987**, fol. 43r-43v; **Druck**: TEIGE, Beiträge S. 440 (nach OL 778); TANGL, Neue Forschungen S. 559 (nach OL 778, Trier 987).

Nos Petrus¹ permissione divina episcopus Penestrinus de speciali mandato sanctissimi patris et domini domini Clementis divina providentia pape VI indicimus generales vacationes a kalendis iunii proxime futuris² usque ad kalendas mensis octobris³ sequentes inclusive continue duraturas, ita quod hii, qui sequuntur curiam, vadant interim libere, quo

¹ Petrus de Pratis.

² 1347 Juni 1.

³ 1347 Oktober 1.

eis videbitur expedire, nec in causis quibuscumque interim procedatur. Electi vero in discordia, qui necesse habent in curia ipsa morari nec possint sine pena recedere ab eadem, vadant similiter ad loca, que voluerint, infra^a duas dietas legales ab ipsa^b curia non remota, rursus infra dictas kalendas octobris ad eandem curiam reversuri. Alioquin, si ad loca remotiora^c recesserint vel infra predictas kalendas ad curiam predictam non redierint, penam illam incurrant, quam incurissent, si antea non venissent. Illi autem, qui ratione constitutionis „Cupientes⁴“ vel alias ad veniendum vel mittendum ad curiam iam forte artantur vel durantibus vacationibus huiusmodi artabuntur, veniant aut mittant ad ipsam curiam, prout tenentur, non obstante quod vacationes huiusmodi sint indite. Postquam autem venerint et se representaverint, ut iuris et moris existit, concessa predictis electis pro tempore, quo vacationes ipse durabunt, gaudeant libertate, nisi electi in concordia fuerint, qui pro eo, quod^d de facili expediri poterunt^e, apud eandem curiam teneantur et debeant remanere. Datum Avinione, die XI maii pontificatus^f domini nostri pape anno quinto⁵.

⁴ VI 1.6.16.

⁵ 1347 Mai 11.

^a infra *Trier 987* ad

^b *OL 778* ipsas

^c *OL 778* remotiore

^d quod *fehlt OL 778*

^e poterunt *Trier 987* potuerint

^f *Trier 987* folgt predicti

37.

Arm. 82, fol. 108v-109v; **RA 120**, fol. 1r (Rubrik), fol. 73r; **RV 146 Rubr.**, fol. 2r; **RV 146**, fol. 16r-16v; **RV 212 Rubr.**, fol. 1 Nr. 1; **RV 212**, fol. 1r; **BL 2825**, fol. 83v-84r; **BL 2850**, fol. 66v-67r; **OL 778**, fol. 48v-49r; **VL 3984**, fol. 97r-97v; **VL 6343**, fol. 78v-79r; **Firenze 45**, fol. 15rb; **Graz 708**, fol. 325v-326r; **Mainz 39**, fol. 317r-317v; **Napoli 12**, fol. 75r; **Paris 4172**, fol. 98v-99r; **Stuttgart 61**, fol. 443r-443v; **Trier 987**, fol. 44v-45r; **Wolfenbüttel 75**, fol. 71v-72r; **Druck: LUX, Constitutionum S. 99f. Nr. 46** (nach BL 2825); *Clément VI, Lettres closes ... à la France 3 S. S. 277 Nr. 5329* (nach RA 120/RV 146/RV 212).

DECLARATIO, QUOD FORMA „PERINDE VALERE^a“ VEL ALIA CONFIRMATIO ITA AFFICIT SICUT COLLATIO^b.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dudum omnes canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, officia et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica^c secularia et regularia cum cura vel sine cura quorumcumque^d per assentionem pacificam quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum per nos seu auctorita-

te litterarum nostrarum collatorum et in posterum conferendorum eisdem tunc vacantia et in posterum vacatura^e collationi et dispositioni nostre duximus reservanda, decernentes ex tunc^f irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero nonnullae persone, quibus auctoritate ordinaria vel alia nonnulla beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura collata fuerant et eis de illis provisum extiterat^g, que se non compatiebantur cum beneficiis ecclesiasticis, que tempore collationis et provisionis huiusmodi obtinebant, a nobis diversis successive^h temporibus impetra^verunt collationes et provisiones huiusmodiⁱ non obstantibus quibuscumque reservationibus confirmari aut sibi concedi sive decerni collationes et provisiones easdem perinde^j valere, ac si beneficia ipsa collationum et provisionum de illis factarum temporibus^k reservata nullatenus extitissent. Cum autem, sicut accepimus, a nonnullis in dubium revocetur, an de huiusmodi beneficiis, que persone ipse huiusmodi collationum et provisionum temporibus^l, ut premittitur, obtinebant et que per assecutionem aliorum beneficiorum^m predictorum, de quibus collationesⁿ et provisiones factasⁿ confirmavimus aut illas^o voluimus sive concessimus aut decrevimus^p perinde valere, ac si reservata non essent, sicut premittitur, posset per alium quam per nos ordinari, nos ad omne dubium super hec submovendum auctoritate apostolica declaramus de huiusmodi beneficiis, etiamsi dignitates, personatus et officia sint aut fuerint et curam habeant animarum, que per assecutionem aliorum beneficiorum, de quibus collationes et provisiones factas et faciendas confirmavimus aut confirmabimus^q aut concessimus sive decrevimus^r vel voluimus, concedemus^s sive volumus^t aut decernemus valere non obstantibus reservationibus factis forsitan de eisdem, vacaverunt vel vacabunt^u, non potuisse nec posse per^v alium quam per Romanum pontificem ordinari, decernentes irritum et inane, si secus^w super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel contigerit in posterum attemptari. Nulli ergo omnino etc. nostre declarationis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Avinione, XIII kalendas iulii^x pontificatus nostri^y anno undecimo^z¹.

¹ 1352 Juni 18.

^a *valere Firenze 45, Graz 708, Napoli 12 valeat*

^b *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Graz 708, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Wolfenbüttel 75* Declaratio, quod forma „Perinde valere“ vel alia confirmatio ita afficit sicut collatio; *RA 120, RV 212* Ad futuram rei memoriam. Declaratur, quod, si aliquis aliquod beneficium auctoritate ordinaria vel alia sibi collatum obtinuerit confirmari vel in posterum obtinebit et obtineat aliquod beneficium incompatible cum dicto beneficio sibi collato, de beneficio incompatible predicto nequeat per alium quam per Romanum pontificem aliquatenus ordinari; *RV 146 Rubr.* Declaratio, quod beneficia, que vacant vel vacabunt per assecutionem aliorum beneficiorum, non possint conferri nisi per Romanum pontificem

^c *ecclesiastica fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343, Stuttgart 61*

- ^d quorumcumque *fehlt Napoli 12*
^e eisdem - vacatura *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Graz 708, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75*; vacantia - vacatura *fehlt Firenze 45*
^f tunc *Graz 708* nunc
^g extiterat *Stuttgart 61* constiterat
^h diversis successive *VL 3984, Firenze 45, Stuttgart 61* diverse successivis
ⁱ obtinebant - huiusmodi *fehlt Graz 708*; huiusmodi *fehlt Napoli 12*
^j perinde *RV 146* proinde
^k temporibus *Graz 708* prioribus
^l temporibus *Graz 708* prioribus
^m beneficiorum *fehlt Stuttgart 61*
ⁿ factas *fehlt Firenze 45*
^o illas *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12* illa
^p decrevimus *BL 2850, VL 3984, Firenze 45* decernimus
^q aut confirmabimus *fehlt Graz 708*
^r decrevimus *BL 2850, VL 3984, Stuttgart 61* decernimus
^s concedemus *RA 120, RV 212* concedimus
^t volemus *VL 3984* volumus
^u vacabunt *Wolfenbüttel 75* vacabant
^v per *fehlt VL 3984*
^w secus *fehlt Graz 708*
^x XIII - iulii *VL 3984* XIII - ianuarii
^y pontificatus nostri *fehlt RA 120, RV 146, RV 212, VL 3984, Firenze 45, Stuttgart 61*
^z Avinione - undecimo *BL 2850, VL 6343* etc.; undecimo *OL 778 XI*

37K. BL 2825, fol. 83v (*links neben Nr. 37B, beschnitten*); **Firenze 45**, fol. 15rb (*im Anschluss an Nr. 37B*); **Mainz 39**, fol. 317r (*rechts neben Nr. 37B, beschnitten*).

Urbanus VI.

Similem fecit dominus Urbanus^a VI et voluit, quod^b etiam^c impetrantes huiusmodi^d confirmationem vel „Perinde valere“ beneficiorum, que per electionis^e confirmationes ac auctoritate ordinaria fuerant assecuti, quod beneficia, que a die kalendis martii anno tertio sui pontificatus¹ dimittere tenebuntur, sint reservata. Quoad^f alia vero in antea^g vacantia voluit ea^h in iuris dispositione remanere.

¹ 1381 März 1.

^a *Firenze 45* folgt papa
^b quod *Firenze 45* si
^c etiam *BL 2825, Mainz 39* etiamsi
^d huiusmodi *fehlt Firenze 45, Mainz 39*
^e electionis *Firenze 45* electiones et
^f quoad *Firenze 45* folgt omnia
^g vero - antea *fehlt Firenze 45*
^h ea *fehlt Firenze 45, Mainz 39*

38.

38A. Berlin 661, fol. 158r; **Ross. 1035**, fol. 14v; **Kassel 59**, fol. 58r; **Regest: Nova Alamanniae 2/2 S. 932** Nr. 1595.

DUDUM^a.

Declarat revocationem reservationum^b ad beneficia tempore revocationis vacantia non extendi.

^a Dudum *Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59*

^b reservationum *fehlt Berlin 661, Ross. 1035*

38B. Arm. 82, fol. 108r-108v; **RA 118**, fol. 391r; **RV 206 Rubr.**, fol. 2r Nr. 7; **RV 206**, fol. 2r; **BL 2825**, fol. 83r-83v; **BL 2850**, fol. 66r-66v; **OL 778**, fol. 49r; **VL 3984**, fol. 97r; **VL 6343**, fol. 78v; **Firenze 45**, fol. 15rb; **Mainz 39**, fol. 316v-317r; **Napoli 12**, fol. 74v-75r; **Paris 4172**, fol. 98r-98v; **Trier 987**, fol. 44v; **Wolfenbüttel 75**, fol. 71r; **Druck: Lux, Constitutionum S. 98f. Nr. 45** (nach BL 2825); **Clément VI, Lettres closes ... à la France 3 S. 255 Nr. 5237** (nach RA 118/RV 206).

DECLARATIO SUPER REVOCATIONE RESERVATIONUM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dudum videlicet VIII idus decembris proximo^b preteriti¹ omnes reservationes factas per nos de canonicatibus et prebendis tam^c cathedralium et aliarum ecclesiarum quam aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, de quibus nondum provideramus seu provideri mandaveramus^d, ex certis causis^e revocavimus et nullius ex^f tunc^g esse decrevimus^h firmitatisⁱ, volumus^j tamen revocationem huiusmodi ad dignitates, personatus et curata officia non extendi, intendentes igitur viam quibuscumque dubiis^k, que quoad vacantia^l tempore huiusmodi revocationis^m beneficia possent circa revocationem eandem forsitan exoriri, amputareⁿ auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse revocationem eandem^o ad canonicatus et prebendas ecclesiarum ipsarum et alia beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque tempore huiusmodi^p ubicumque et quomodocumque^q vacantia non extendi, decernentes, prout est, irritum et inane, quidquid contra declarationem^r nostram huiusmodi attemptatum est vel^s contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem etc. Datum Avinione, V idus martii pontificatus nostri^t anno decimo^{u2}.

¹ 1351 Dezember 6, = **Nr. 19**.

² 1352 März 11.

^a Declaratio - reservationum *Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75; RV 206 Rubr.* Ad futuram rei memoriam declaratur revocatio reservationum per dominum nostrum papam facta ad canonicatus et prebendas ac alia beneficia ecclesiastica tempore huiusmodi revocationis vacantia aliquatenus non extendi

^b proximo *BL 2850, VL 3984, VL 6343, Wolfenbüttel 75* proxime

^c tam *fehlt VL 3984*

^d seu - mandaveramus *fehlt RV 206*

^e *Firenze 45 folgt rationabilibus*

^f *ex fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Paris 4172, Wolfenbüttel 75*

^g *ex tunc fehlt Napoli 12*

^h *VL 3984 decernimus*

ⁱ *firmitatis RV 206 firmitatem*

^j *voluimus Arm. 82, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 103, Napoli 12, Trier 987, Wolfenbüttel 75 volumus*

^k *dubiis OL 778 dubii*

^l *vacantia BL 2850 vacatura; Trier 987 vacantiam*

^m *revocationis BL 2850, VL 6343 reservationis; Firenze 45 revocatam*

ⁿ *amputare Wolfenbüttel 75 computare*

^o *forsitan - eandem fehlt BL 2850, Firenze 45*

^p *huiusmodi fehlt BL 2850, VL 3984, VL 6343; Arm. 82, BL 2825, BL 2850, VL 3984, VL 6343, Firenze 45, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Wolfenbüttel 75 folgt reservationis; OL 778 folgt revocationis*

^q *quomodocumque Wolfenbüttel 75 quandocumque*

^r *declarationem BL 2850, OL 778, VL 6343 reservationem*

^s *Arm. 82 folgt in posterum*

^t *pontificatus nostri fehlt RA 118, RV 206*

^u *Avinione - decimo BL 2850, VL 3984, VL 6343 etc.*

39.

RV 139, fol. 1r Nr. 37 (Rubrik); **RV 139**, fol. 13r; **RV 169 Rubr.**, fol. 1v Nr. 1; **RV 217**, fol. 1r (beschädigt); **OL 778**, fol. 56v-57r; **Druck: Lux, Constitutionum S. 94f. Nr. 41** (nach RV 214); **Clément VI, Lettres closes ... à la France 2 Sp. 6f. Nr. 1761**.

DECRETUM PAPE, QUOD PROVISIONES FACTE RESERVATIONEM NARRANTES FACIANT FIDEM IN IUDICIO ET EXTRA IUDICIUM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Provida sedis apostolice benignitas commodis filiorum more pie matris^b libenter intendens materiam iurgiorum et litium, quibus sepe gravantur, quantum fieri potest, cum veritate iustitie removet et subducit. Sane multorum querele nostrum frequenter hactenus pulsaverunt auditum, quod, cum per nos de dignitatibus, personatibus, officiis et aliis beneficiis ecclesiasticis regularibus et secularibus cum cura vel sine cura, que per felicis recordationis Iohannem XXII vel Benedictum XII Romanos pontifices predecessores nostros cum inhibitione ac decreto sedis predictae collationi olim reservata fuerunt, aliquibus provideri contingit huiusmodi reservationem et decretum in litteris nostris inde confectis narrando ac deinde super eisdem beneficiis litigatur, eis, quibus probationis onus super eisdem reservatione et decreto incumbit, eadem probatio ipsis redditur nedum difficilis, sed multipliciter onerosa, nostre igitur provisionis remedio super hiis humiliter implorato. Nos attendentes, quod, antequam littere nostre, que conficiuntur super huiusmodi provisionibus, expediantur et mittantur ad bullam, per fidelem relationem et informationem registorum eorundem predecessorum fit fides plenaria de reservatione ac decreto predictis, cupientesque malitiosis in hac parte litigantium cavillationibus et litigiosis inutilibus anfractibus, quibus frequenter

retardatur vel impeditur iustitia, quantum cum Deo possumus, obviare, voluimus, statui-
mus et auctoritate apostolica decernimus litteris nostris super provisionibus predictis con-
fectis reservationem ac decretum huiusmodi, super quibus gratia nostra fundatur, narranti-
bus adeo esse super eis fidem plenariam absque alterius probationis adminiculo in iudicio
et extra iudicium adhibendam, ac si factum nostrum proprium quoad reservationem et de-
cretum predictam^c in eisdem litteris narraretur, hec non solum ad presentia et futura, sed
etiam ad preterita volentes extendenda^d. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis
infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum apud Villamnovam¹
Avinionensis diocesis, II nonas iunii pontificatus nostri^e anno quarto^{f2}.

¹ Villeneuve-les-Avignon, Languedoc-Roussillon-Midi-Pyrénées, Frankreich.

² 1345 Juni 4.

^a Decretum - iudicium RV 139; RV 169 Rubr. Ad futuram rei memoriam fit constitutio, quod litteris apostolicis
super provisionibus confectis de beneficiis quibuscumque, in quibus narratur ipsa beneficia fore reservata
per Romanum pontificem predecessorem Clementis pape VI, adhibeatur fides plenaria, ac si dicta reserva-
tio pape per dictum dominum Clementem facta narreretur

^b matris RV 169 patris

^c predictam Clément VI 1761 predicta

^d extendenda OL 778 extendi

^e pontificatus nostri fehlt RV 169

^f apud - quarto RV 139 ut supra

40.

**40A. Berlin 661, fol. 158r; Ross. 1035, fol. 14v; Kassel 59, fol. 58r; Regest: Nova Alamanniae 2/2, S. 923
Nr. 1572 (mit falscher Identifizierung).**

SEDIS APOSTOLICE^{a1}.

Declarat reservationem factam de beneficiis, que obtinent certe persone, cum^b vacabunt,
extendi etiam ad beneficia, que non de iure, sed de facto obtinent.

¹ Vgl. auch Nr. 47.

^a Sedis apostolice Berlin 661, Ross. 1035, Kassel 59

^b cum fehlt Berlin 661, Ross. 1035

**40B. RV 140 Rubr., fol. 3v Nr. 165; RV 140, fol. 43v-44r; OL 778, fol. 57v; Druck: Clément VI, Lettres closes
... à la France Bd. 2 S. 189 Nr. 2607.**

DECLARATORIA SUPER COLLATIONIBUS, CONFIRMATIONIBUS DE BENEFICIIS GENERALITER VEL
SPECIALITER RESERVATIS^a.

Clemens etc. Ad perpetuam rei memoriam. Sedis apostolice rectitudo a veritatis tramite
non discedens et in lucem dirigens actus suos, ambigua et incerta, quibus interdum

oriuntur, lites et iurgia libenter removet et declarat, ut inde pacis et quietis commoda subditis preparentur. Sane quia beneficia ecclesiastica per nos vel predecesores nostros Romanos pontifices specialiter vel generaliter dispositioni apostolice decreto interposito reservata interdum ex causa permutationis vel etiam simpliciter resignantur et conferuntur a nobis vel collationes facte de illis per ordinarios ignorantes reservationem et decretum huiusmodi rate habentur aut confirmatur^b seu sub alia forma verborum ius tribuitur eis, quibus per dictos ordinarios eadem beneficia sunt collata, in litteris nostris inde confectis adiecta illa clausula videlicet „Reservationibus per nos vel predecesores nostros Romanos pontifices factis de illis non obstantibus quibuscumque“ in dubium ab aliquibus, sicut intelleximus, revocatur, an nostre intentionis existat, quod per premissa vel eorum aliqua reservationes facte, ut prefertur, de dictis beneficiis sint extincte. Nos dubitationem eandem, ne lites ex ea suscitari contingat in posterum, remove volentes tenore presentium declaramus nostre intentionis existere ac etiam extitisse beneficia predicta quecumque sic reservata, resignata et collata, ut premittitur, predictis omnibus non obstantibus hactenus remansisse ac remanere sic sub reservatione ac decreto predictis affecta, quod cedentibus vel decedentibus illis, qui ex eisdem collationibus, ratihabitionibus vel confirmationibus nostris aut alias eis sub verbis aliis iure per nos attributo eisdem assecuti sunt seu retinuerunt dicta beneficia vel assequuntur aut retinebunt in posterum, nullus preter nos illa vice se possit de ipsis beneficiis intromittere quoquo modo. Nulli ergo etc. nostre declarationis infringere^c etc. Datum apud Villamnovam¹ Avinionensis diocesis, VIII kalendas iulii pontificatus nostri^d anno quinto².

¹ Villeneuve-les-Avignon, Languedoc-Roussillon-Midi-Pyrénées, Frankreich.

² 1346 Juni 23.

^a Declaratoria - reservatis RV 140 Rubr.

^b confirmatur OL 778 confirmanur

^c etc. nostre declarationis infringere fehlt RV 140

^d pontificatus nostri fehlt RV 140

41.

RV 143 Rubr., fol. 4r; **RV 143**, fol. 38v-39r; **OL 778**, fol. 57v-58r; **Druck:** Clément VI, *Lettres closes ... à la France* 3 S. 10 Nr. 4207 (nach RV 143).

ITEM DECLARATUR, QUOD QUECUMQUE BENEFICIA PER SEDEM APOSTOLICAM QUIBUSVIS PERSONIS COLLATA VEL CONFIRMATA, SI PERSONE EEDEM DECEDANT ANTE ADEPTAM POSSESSIONEM PACIFICAM, RESERVATA REMANEANT SICUT PRIUS^a.

Clemens etc. Ad futuram rei memoriam. Tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse ac esse, quod dignitates, personatus ac officia, canonicatus et prebende, ecclesie ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura vel sine cura per nos et predecessores nostros^b reservata et per nos in posterum reservanda, que nos quibuscumque personis contulimus seu mandavimus conferri sive conferemus aut mandabimus conferri in posterum et quorum collatorum per quoscumque quibusvis personis collationes per nos confirmare contingeret^c et continget, si persone ipse, antequam vigore collationis seu mandati aut confirmationis huiusmodi possessionem pacificam dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum et prebendarum, ecclesiarum ac beneficiorum huiusmodi fuerint assecute nostreque collationes et mandata sive confirmationes huiusmodi per assecutionem pacificam possessionis eiusdem effectum suum plene et libere fuerint consecute, sub huiusmodi reservatione remaneant libere sicut prius. Nulli ergo etc. Datum Avinione, II nonas iulii pontificatus nostri^d anno octavo¹.

¹ 1349 Juli 6.

^a Item - prius *RV 143 Rubr.*

^b *OL 778 folgt Romanos pontifices*

^c contingerit *OL 778 contigit*

^d pontificatus nostri *fehlt RV 143*

42.

Arm. 82, fol. 160v-161r (= a), fol. 182r-184r (= b); **RA 109**, fol. 27r (*Rubrik*), fol. 565r (= a), fol. 567r-567v (= b); **RV 195 Rubr.**, fol. 1r Nr. 1 und 4; **RV 195**, fol. 1r (= a), fol. 2r (= b); **RV 343 Rubr.**, fol. 3r; **RV 343**, fol. 35r-37r; **RV 346**, fol. 233v (*unten beschnitten*); **BL 2825**, fol. 120r-120v (= a), fol. 133v-134v (= b); **BL 2850**, fol. 105v-106r (= a), fol. 123r-124v (= b); **VL 6165**, fol. 26v-27v; **VL 6343**, fol. 111r (= a), fol. 124v-125r (= b); **Firenze 45**, fol. 6ra; **Napoli 12**, fol. 93r; **Paris 4172**, fol. 140r-140v (= a), fol. 161v-163v (= b); **Stuttgart 61**, fol. 456r-456v; **Trier 987**, fol. 1r; **Druck: TELLENBACH**, *Beiträge S. 180f. Nr. 4 (nach BL 2825)*; **Clément VI**, *Lettres closes ... à la France 3 S. 8 Nr. 4202f. (nach RA 108/RV 195)*; **Regest: TANGL**, *KO S. 125 Nr. 18, S. 145 Nr. 27; HOFMANN, Forschungen 2 S. 7 Nr. 24. Vgl. dazu auch BAUMGARTEN, Aus Kanzlei und Kammer S. 304 Nr. 13f., S. 310 Nr. 20f., S. 314f. Nr. 31-34, S. 321f. Nr. 52f.*

PAPA EXTENDIT EXEMPTIONEM FACTAM SCRIPTORIBUS APOSTOLICIS AD PRESENTES ET FUTUROS ET DECLARAT EOS FAMILIARES EIUSDEM ET SEDIS APOSTOLICE^a.

<i>Alle anderen Textzeugen.</i>	RV 343.	<i>Arm. 82(b), RV 346, BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6434(b), Paris 4172(b).</i>
	Benedictus episcopus servus	Martinus etc., venerabilibus

	<p>servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Tenores quarundam litterarum felicitatis recordationis Clementis pape VI predecessoris in registro ipsius repertos ad dilecti filii magistri Nicasii Quadrens¹ canonici Morinensis litterarum apostolicarum abbreviatoris, qui dictis litteris se asserit indigere, supplicationis instantiam fecimus presentibus annotari, qui tales sunt.</p>	<p>fratribus Senensi² et Faventino³ episcopis ac dilecto filio abbati monasterii Vallisumbrose⁴ Fesulane⁵ diocesis, salutem etc. Olim felicitatis recordationis Clemens papa VI predecessor noster pro suis ac sedis apostolice capellanis, scriptoribus, familiaribus et aliis officialibus litteras concessit tenoris subsequentis^b:</p>
--	---	---

Clemens episcopus servus servorum Dei^c. Ad perpetuam^d rei memoriam. Dudum^e felicitatis recordationis Iohannes papa XXII predecessor^f noster universis et singulis tam ordinariis quam delegatis iudicibus et inquisitoribus heretice pravitatis et aliis universis et singulis^g, quacumque auctoritate^h fungerenturⁱ, auctoritate apostolica districtius inhibuit

et expresse mandavit^j,

ne^k contra ipsius predecessoris et apostolice sedis^l officiales vel nuntios aut ipsorum aliquem quavis occasione vel causa absque ipsius predecessoris et dicte sedis^m licentia speciali eis per dicte sedis litteras concedenda plenam et expressam facientes de tenore inhibitionis

et mandatiⁿ

huiusmodi mentionem procedere

presumerent quoquo modo^o

aut in eos vel eorum aliquem excommunicationis vel suspensionis seu quasvis alias sententias,

promulgarent^p,

promulgare presumerent quoquo modo,

¹ Nicasius **Quadrens**.

² Siena, Toskana, Italien.

³ Faenza, Emilia-Romagna, Italien.

⁴ Vallombrosa, Toskana, Italien.

⁵ Fiesole, Toskana, Italien.

ac decrevit ex tunc irritum et inane, quidquid contra inhibitionem

et mandatum suum ^q	
-------------------------------	--

huiusmodi contingeret attemptari⁶. Voluit tamen^r, quod^s ordinarii et inquisitores predicti super hiis, que negotium tangerent^t fidei, alii vero^u super hiis, que rem tangerent^v alias publicam vel privatam, sive ordinarii essent sive delegati^w, quacumque auctoritate forent communiti^x, prout possent vel ad eorum officium pertineret, si quid^y per officiales^z et nuntios ipsos indebite forsitan attemptatum existeret^{aa}, se plenius informare^{bb} idque eidem predecessori significare studerent^{cc}, ut^{dd}

providere ^{ee}	
-------------------------	--

idem predecessor super hoc de remedio opportuno

valeret ^{ff} .	provideret.
-------------------------	-------------

Nos igitur inhibitionem,

mandatum ^{gg} ,	
--------------------------	--

decretum et voluntatem predicta ad^{hh} dilectos filiosⁱⁱ

	capellanos et
--	---------------

scriptores

litterarum nostrarum, cum sint ^{jj} familiares et officiales nostri ^{kk}	ac familiares alios et officiales nostros
--	---

et eiusdem^{ll} sedis, auctoritate apostolica extendentes volumus^{mm} ipsos et aliosⁿⁿ

	capellanos et
--	---------------

scriptores^{oo}

	ac familiares et ^{pp} officiales	ac officiales
--	---	---------------

nostros^{qq} et eiusdem sedis, qui erunt^{rr} pro tempore, immunitate ex premissis concessa officialibus aliis supradictis gaudere, prout^{ss} officiales et nuntii^{tt} predecessoris eiusdem vigore huiusmodi inhibitionis,

mandati ^{uu}	
-----------------------	--

ac decreti et voluntatis^{vv} gaudebant seu gaudere poterant supradicti, decernentes, prout est^{ww}, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre extensionis^{xx}, voluntatis et constitutionis^{yy} infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-

⁶ = Johannes XXII. Nr. 80.

tem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum^{zz}. Datum Avinione, kalendis iulii pontificatus nostri^{aaa} anno octavo^{bbb7}.

	<p>Ceterum, ut earundem litterarum tenores predicti sic inserti omnimodam rei seu facti certitudinem faciant, apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur eamque vim eundemque vigorem dicti tenores per omnia habeant, quem haberent originales littere supradicte et eadem prorsus eisdem tenoribus fides adhibeatur, quodcumque et ubicumque in iudicio vel alibi, ubi fuerint exhibiti vel ostensi, et eisdem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem litteris originalibus staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum ius eidem Nicasio de novo acquiri volumus, sed antiquum, si quod habeat, tantummodo conservari. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Avinione, III idus</p>	<p>Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii magistri Marini de Guadagnis¹³ canonici Florentini scriptoris ac familiaris nostri petitio continebat, ipse, qui dicte sedis officialis existit, contra earundem litterarum continentiam atque formam per quosvis impeti sive molestari posse^{ccc} dubitet tempore procedente, nos super hiis sibi eiusque statui et indemnitatibus opportune providere volentes ipsius in hac parte supplicationibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios litteras prefatas et omnia in eis contenta, quotiens super hoc pro parte dicti Marini in hiis, que ipsum contingent, pro tempore futuris legitime requisiti faciatis auctoritate</p>
--	--	---

⁷ 1349 Juli 1.

	<p>ianuarii pontificatus nostri anno tertio⁸. Expedita X kalendas februarii anno tertio⁹. R. de Valle¹⁰. P. de Pancillione¹¹. Collationata per me Aⁿtonius cardinalis de Challant¹² manu propria.</p>	<p>apostolica inviolabiliter observari, non permittentes eum per ordinarios, delegatos iudices seu inquisitores predictos aut quosvis alios contra tenorem litterarum earundem quomodolibet molestari. Contradictores etc. Non obstante, si ordinariis, delegatis iudicibus et inquisitoribus prefatis vel quibusvis aliis^{ddd} communiter vel divisim a sede predicta indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Florentie¹⁴, XVII kalendas octobis pontificatus nostri^{eee} anno secundo^{fff15}.</p>
--	---	--

¹³ *Marinus de Guadagnis.*

⁸ *1397 Januar 11.*

⁹ *1397 Januar 23.*

¹⁰ *R. de Valle.*

¹¹ *P. de Pancillione.*

¹² *Antonius de Challant.*

¹⁴ *Firenze, Toskana, Italien.*

¹⁵ *1419 September 15.*

^a Papa - apostolice *Arm. 82(a), BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a), Paris 4172(a); Arm. 82(b), BL 2825, BL 2850, VL 6343(b)* Exemptionis extensio scriptorum et capellanorum et abbreviatorum; *RA 109* Ad perpetuam rei memoriam decernitur, quod privilegiis, quibus officiales et nuntii sedis apostolice gaudere poterant tempore felicitis recordationis Iohannis pape XXII, capellani, scriptores litterarum apostolicarum et alii eiusdem sedis familiares uti possint et gaudere; *RA 195 Rubr.(a)* Ad perpetuam rei memoriam. Decernitur, quod privilegiis et immunitatibus ac libertatibus, quibus officiales et nuntii felicitis recordationis Iohannis pape XXII gaudebant et gaudere poterant, scriptores et nuntii et alii officiales sedis apostolice uti possint et gaudere; *RA 195 Rubr.(b)* Ad perpetuam rei memoriam. Decernitur, quod privilegiis, quibus officiales et

nuntii sedis apostolice gaudere poterant tempore Iohannis pape XXII, scriptores litterarum apostolicarum et alii familiares eiusdem uti possint et gaudere; *RV 343 Rubr.* Quedam bulla Benedicti XIII dicti Petri (*folgt* bulla) super privilegiis scriptorum et aliorum exemptorum etc. registrantur in libris domini Iohannis pape XXIII fol. XXXV; *VL 6165* Privilegium domini Clementis pape VI concessum capellanis et scriptoribus ac familiaribus et officialibus aliis sedis apostolice, quod iudices et inquisitores heretice pravitate non possint contra eos inquirere et procedere; *Napoli 12* Quod ordinarii et delegati et inquisitores nihil attemptent contra scriptores litterarum apostolicarum et alios officiales; *Stuttgart 61* Clemens VI; *Trier 987* Privilegium capellanorum, familiarium [et] officialium domini pape et apostolice sedis

^b Martinus - subsequenter *fehlt RV 346*

^c episcopus - Dei *Arm. 82, BL 2825(a), Paris 4172(a)* papa VI; *BL 2850(b), VL 6343(b), Napoli 12* etc.

^d perpetuam *Napoli 12* futuram

^e *Firenze 45* *folgt* siquidem

^f predecessor *fehlt VL 6343(b)*

^g tam - singulis *fehlt BL 2850(a), VL 6343(a)*; et aliis - singulis *fehlt RA 109(b), VL 6165*

^h auctoritate *fehlt VL 6165, Stuttgart 61*

ⁱ fungerentur *Arm. 82(a), BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a), Paris 4172(a), Trier 987* fungentibus; *Stuttgart 61* fulgentibus

^j et - mandavit *fehlt RA 109(b), VL 6165*

^k ne *Arm. 82(b)* nec

^l et apostolice sedis *fehlt Napoli 12*

^m et dicte sedis *fehlt RA 109(b), VL 6165*

ⁿ et mandati *fehlt RA 109(b), VL 6165*

^o presumerent - modo *fehlt RA 109(b), VL 6165*

^p promulgarent *Arm. 82, BL 2825(a), Firenze 45, Napoli 12, Paris 4121(a), Stuttgart 61, Trier 987* promulgare; *BL 2850(a), VL 6343(a)* promulgari; *RA 109(b), VL 6165* promulgare presumerent quoquo modo

^q quidquid - suum *RA 109(b), VL 6165* si secus contra inhibitionem

^r tamen *Stuttgart 61* autem

^s *Trier 987* *folgt* idem

^t tangerent *Stuttgart 61* contingerent

^u vero *VL 6165* non

^v tangerent *Arm. 82(a), RA 109(a), RV 195(a), BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a), Napoli 12, Paris 4172(a), Stuttgart 61, Trier 987* tangebant

^w delegati *Stuttgart 61* privati

^x forent communiti *VL 6165* muniti

^y quid *fehlt VL 6165*

^z officiales *Firenze 45* officium

^{aa} existeret *VL 6165* existent

^{bb} informare *Arm. 82(a), BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a), Paris 4172(a), Stuttgart 61, Trier 987* informant

^{cc} studerent *BL 2850(a), VL 6343(a)* curarent

^{dd} ut *BL 2825(b), VL 6165* et

^{ee} providere *fehlt RA 109(b), VL 6165*

^{ff} valeret *RA 109(b), VL 6165* provideret

^{gg} mandatum *fehlt RA 109(b), VL 6165; BL 2850(b)* *durchgestrichen*

^{hh} ad *Stuttgart 61* ac

ⁱⁱ *RA 109(b), VL 6165, Trier 987* *folgt* capellanos et

^{jj} litterarum - sint *RA 109(b), VL 6165, Trier 987* ac

^{kk} nostri *Trier 987* nostros

^{ll} nostri - eiusdem *RA 109(b), VL 6165* alios eiusdem

^{mm} *BL 2850(a), VL 6343(a)* *folgt* et mandamus

ⁿⁿ *RA 109(b), VL 6165, Trier 987* *folgt* capellanos et

^{oo} *RA 109(b)* *folgt* ac officiales; *BL 2850(b)* (*durchgestrichen*), *VL 6165* *folgt* ac familiares; *Trier 987* *folgt* familiares et officiales

^{pp} familiares et *RV 343* mit *Verweiszeichen am Rand nachgetragen*

^{qq} nostros *Trier 987* predictos

^{rr} erunt *VL 6165* fuerint

^{ss} *Stuttgart 61* *folgt* et

^{tt} nuntii *BL 2850(b), VL 6343(b)* notarii

^{uu} mandati *fehlt RA 109(b), VL 6165*

^{vv} voluntatis *BL 2850(b)* nobilitatis

^{ww} prout est *fehlt VL 6165*

^{xx} extensionis *Firenze 45* intensionis

^{yy} constitutionis *VL 6165* concessionis

^{zz} predecessor - incursum *RV 195(b)* etc. ut in superiori primo posita in presenti quaterno usque ad finem

^{aaa} pontificatus nostri *fehlt Arm. 82(a), RA 109(a+b), RV 195(a), BL 2825(a), BL 2850(b), VL 6343(b), Firenze 45, Napoli 12, Paris 4172(a)*

^{bbb} Avinione - VIII *fehlt Stuttgart 61; RV 195(b)* ut in eadem; kalendis - octavo *BL 2850(a), VL 6343(a)* etc.; octavo *VL 6165, Napoli 12 VIII; Arm. 82(b), RA 109(a+b), RV 195(a), RV 343, BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6165, VL 6343(b), Paris 4172(b)* folgt die *Executoria* In eodem modo

^{ccc} posse *Arm. 82(b)* posset

^{ddd} aliis *Arm. 82(b)* alias

^{eee} pontificatus nostri *fehlt BL 2850(b), VL 6343(b)*

^{fff} Cum autem - secundo *RV 346 P. de Velletrio (=)*. / Collationata est cum originali per nos Iohannem patriarcham Antiochenum vicecamerarium (= *Johannes Mauroux*) et infrascriptos notarios Camere apostolice [...]

42K. VL 6165, fol. 27v.

Innozenz VI.¹

Postmodum vero felicis recordationis dominus Innocentius papa VI huiusmodi exemptiones, libertates et privilegia dumtaxat ad scriptores et officiales et sedis apostolice nuntios, qui actu officium exercuerunt, extendens (!) decrevit ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari^a.

¹ = *Innozenz VI. Nr. 8.*

^a *Layoutendnote*

43.

RA 98, fol. 150r (auf fol. 150r-155r folgen gleiche Erklärungen für andere Kuriale, deren Namen bei *TANGL* zu finden sind); **VL 3984, fol. 143v**; **Druck:** *TANGL, KO S. 124-125 Nr. 17* (nach *RA 98*); **Regest:** -.

RA 98.	VL 3984.
--------	----------

Clemens episcopus servus servorum Dei^a universis presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem^b. **Ad universitatis** vestre notitiam deduci volumus per presentes, quod nos notarios et capellanos apostolice sedis ac apostolicarum et Penitentiarie sedis eiusdem litterarum scriptores nec non ipsarum litterarum abbreviatores, qui nobis et prefate sedi singuli eorum videlicet in suis officiis obsequuntur, nostros et ipsius sedis servitores et familiares reputavimus hactenus et etiam reputamus ideoque, cum dilectus filius magister

Alcherius de Lavace ¹ canonicus Pergamen- sis scriptor et abbreviator	Iohannes Palaisini ² rector parochialis eccle- sie de Apiano Forlivensis ^c diocesis scriptor
litterarum apostolicarum predictarum extiterit et existat, nos ipsum ^d privilegiis, honoribus, immunitatibus et favoribus servitoribus et familiaribus nostris supradicteque sedis ^e compe- tentibus et competituris effectualiter uti volumus et gaudere. Datum Avinione,	
VIII idus iulii anno sexto ³ .	VI kalendas augusti pontificatus nostri anno nono ⁴ .
	Iste Clemens fuit VI in pontificatu predeces- sor Innocentii VI et hoc secundum B(artholomeum) Francisci ⁵ , qui fuerat in Avinione famosus abbreviator et post exor- tum scisma pluries regens Cancellarie Ro- mane ecclesie.

¹ Alcherius de Lavace.

² Johannes Palaisini.

³ 1347 Juli 8.

⁴ 1350 Juli 27.

⁵ Bartholomeus Francisci della Capra.

^a episcopus - Dei *fehlt RA 98*

^b et - benedictionem *fehlt RA 98*

^c Hs. F(or)liven.

^d ipsum VL 3984 eum

^e apostolice *fehlt VL 3984*

44.

44A. Berlin 661, fol. 158r; Ross. 1035, fol. 15r; Kassel 59, fol. 58r; Regest: Nova Alamanniae 2/2 S. 829 Nr. 1517.

OLIM FELICIS RECORDATIONIS^{a1}.

Revocat constitutionem Benedicti XII, que incipit „Ad providam circumspectionem^b“, in qua declaravit, ubi maiores fructus et alii fructus summam litterarum excedunt^c, impetrans in communi forma non possit acceptare.

¹ Vgl. *Benedikt XII. Nr. 40.*

^a Olim - recordationis *Kassel 59*

^b circumspectionem *fehlt Kassel 59*

^c excedunt *fehlt Berlin 661, Ross. 1035*

44B. RA 56, fol. 1r (Rubrik), fol. 39r-39v; **RV 147 Rubr.**, fol. 1r Nr. 9; **RV 147**, fol. 6v; **Druck: LUX**, *Constitutionum S. 78 Nr. 25* (nach RV 147); **Regest: Clément VI**, *Lettres closes ... à la France 1 Sp. 33 Nr. 161* (nach RA 56/RV 147).

AD PERPETUAM REI MEMORIAM. REVOCATUR CONSTITUTIO FACTA PER BENEDICTUM PAPAM XII, QUE INCIPIT „AD PROVIDAM CIRCUMSPECTIONEM“, IN QUA STATUEBAT, QUOD DISTRIBUTIONES COTIDIANE IN LOCIS, IN QUIBUS NON COMPUTABANTUR IN GROSSIS FRUCTIBUS, DE CETERO COMPUTARENTUR AD DECLARANDUM GRATIAS IN FORMA PAUPERUM FACTAS^a.

Ad perpetuam rei memoriam. Olim felicis recordationis Benedictus papa XII predecessor noster intendens litium et dubietatis cuiuslibet, que inter pauperes clericos, qui super provisionibus eis faciendis de beneficiis ecclesiasticis litteras sub ea forma, secundum quam pro ipsis clericis beneficiandis interdum sedes apostolica scribere consuevit, a sede ipsa pro tempore impetrabant, et ecclesiarum collegiatarum capitula oriebantur sepius, materiam amputare, quandam constitutionem edidit continentie subsequenter: [*es folgt Benedikt XII. Nr. 40B mit den dort angegebenen Varianten*]. Verum quia sicut habet multorum fidedignorum assertio et magna experientia facti docet, quod per ipsum predecessorem institutum in hac parte pro commodo et indemnitate ipsorum clericorum pauperum credebatur, tendit ad noxam potius et incommodum eorundem. Nos ex hiis et certis aliis rationabilibus causis inducti constitutionem ipsam et omnem eius effectum de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica revocamus et penitus annullamus ipsumque decernimus ex nunc nullius prorsus existere firmitatis. Nostre tamen intentionis nequaquam existit, quod ipsi pauperes clerici beneficia maioris valoris in eisdem collegiatis ecclesiis per dictas litteras pretextu revocationis huiusmodi valeant acceptare quam ante editionem constitutionis predecessoris eiusdem acceptare poterant et debebant. Nulli ergo nostre revocationis, annulationis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, XIII kalendas augusti anno primo¹.

¹ 1342 Juli 19.

^a Ad - factas RA 56; RV 147 Ad perpetuam rei memoriam revocatur constitutio facta per Benedictum papam XII, que incipit „Ad providam circumspectionem“

45.

Berlin 661, fol. 158r; **Ross. 1035**, fol. 15r; **Kassel 59**, fol. 58r; **Druck: Nova Alamanniae 2/2 S. 832 Nr. 1526** (nach Kassel 59).

Item ordinavit, XII kalendas decembris^a anno primo¹, idem dominus^b Clemens VI, quod reservationes, quas hactenus fecerat, quamvis essent facte sibi et apostolice sedi, nolebat tamen^c nec intendebat, quod de cetero haberent effectum, nisi solum, quamdiu altissimus sibi vitam concederet in humanis, et quod^d nolebat de cetero aliquas reservationes facere, nisi solum^e, quamdiu etc., presentibus ad hoc reverendo patre domino abbate² monasterii Celle prope Trecas et **Belli<ca>dri**^{f3} (!).

¹ 1342 November 20.

² Stephanus Cambaruti.

³ **Ev.** Beltraminus Paravicini.

^a XII - decembris *fehlt Kassel 59*

^b idem dominus *Berlin 661, Ross. 1035 dominus noster*

^c tamen *fehlt Kassel 59*

^d quod *fehlt Ross. 1035*

^e quamdiu - solum *fehlt Berlin 661; Kassel 59 folgt sibi*

^f presentibus - **Belli<ca>dri** *fehlt Kassel 59*

46.

Berlin 661, fol. 158r; **Ross. 1035**, fol. 15r; **Kassel 59**, fol. 58r; **Druck: Nova Alamanniae 2/2 S. 920 Nr. 1563** (nach Kassel 59).

Item dominus noster Clemens VI^a, anno sui pontificatus III, die III mensis martii^{b1}, reservavit universaliter omnes ecclesias curatas, totiens quotiens eas vacare^c contingeret, vel alteram earum, si summam LX librarum Turonensium secundum taxationem decime excederent, de quibus sibi uti placuit, quamdiu vitam duxerit in humanis^{d2}.

¹ 1345 März 3.

² Ut per litteras apostolicas *kennt keine entsprechende Reservation.*

^a dominus - Clemens VI *Kassel 59 idem dominus noster*

^b sui - martii *Kassel 59 3^o*

^c vacare *Ross. 1035 mutagere (!); Berlin 661 mutare*

^d *Berlin 661, Ross. 1035 folgt ep(iscop)o concess.*

47.

RV 152 Rubr., fol. 2r Nr. 1; **RV 152**, fol. 6r-6v; **RV 214**, fol. 9r-9v; **Regest: Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rheinlande 3, S. 1 Nr. 1; RIEZLER, Vatikanische Akten S. 765 Nr. 2121; Clément VI, Lettres closes ... à la France 1/1 Sp. 1 Nr. 1.**

AD FUTURAM REI MEMORIAM. RESERVANTUR PRO RELEVATIONE EXPENSARUM ET ONERUM CAMERE DOMINI PAPE USQUE AD DUOS ANNOS FRUCTUS UNIUS ANNI BENEFICIORUM VACANTIUM ET INTERIM VACATURORUM AD DISPOSITIONEM IPSIUS DOMINI PAPE SPECTANTIUM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dum necessitates multiplices, quibus Camera nostra continue premitur, supra vires et eius raritatem proventuum ad supportanda necessitatum ipsarum onera nequaquam sufficientium diligenti meditatione pensamus exquirere, vias et modos cogimur licitos et honestos, per quos eidem Camere aliquo modo super hiis consulatur. Ideoque prehabita super premissis deliberatione matura fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum, administrationum et officiorum, prioratum et aliorum quorumcumque locorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum, que apud sedem apostolicam vel ubicumque alibi ad dispositionem nostram ex generali vel speciali nostra seu predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantium vacant ad presens vel in posterum usque ad duos annos a data presentium computando vacare contigerit - ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis -, percipiendos modis infrascriptis pro eisdem necessitatibus utiliter relevandis auctoritate apostolica reservamus et prelibate Camere deputamus, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, prioratus vel officia fuerint, iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio dicte sedis vel alias de iure seu quacumque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur sive ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuerint vel etiam deputati seu contigerit medio tempore deputari aut si fuerint in usus alios convertendi. Volumus autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries in anno vacaverit, non nisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxationem decime recipiantur, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, Camera predicta recipiat, totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente, nisi forte dicta Camera residuum mallet percipere et habere ac obtinentibus beneficia huiusmodi ad supportandum eorum onera et ad sustentationem habendam summam, pro qua beneficia ipsa taxantur in decima, remanere, super quo eidem Camere recipiendi videlicet taxationem vel residuum predictum relinquimus optionem, sic tamen quod quidquid eadem Camera elegerit, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes teneantur de parte, quam prelibata Camera eis, ut prefertur, dimiserit, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integraliter dimittere Camere supradicte. Quo casu ipsa Camera habeat beneficiis huiusmodi quoad curam

animarum, si eis immineat, nec non et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbencia onera supportari. De illis autem beneficiis, que taxata non existunt ad decimam, ut sequitur, ordinamus videlicet, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas ad prefatam Cameram, alia vero ad obtinentes eadem beneficia debeat pertinere modis, formis et conditionibus, quibus de aliis beneficiis superius est expressum. Ceterum volumus et auctoritate presentium declaramus, quod reservatio et deputatio huiusmodi ad cathedrales ecclesias vel ad abbatias regulares, que tamen conventuales existunt, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum parvorum Turonensium non excedunt vel que ex causa permutationis vacare tempore predicto continget, seu ad vicarias aut capellanias, ut plurimum a^b decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbiteris inibi celebrantibus vel alias, ut diurnis et nocturnis canonicis horis intersint, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annum non excedant, sive^c ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputata noscuntur, nisi ad illa vel illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consueverunt, quamvis horis non intersint canonicis, elargiri, nullatenus extendantur. Rursus volumus, quod illi, quibus fructus, redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum debentur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno secundo illos percipiant, sicut primo fuerant, si non obstarent reservatio et deputatio nostre huiusmodi, percepturi. Demum volumus et nostre intentionis existit, quod reservationes de fructibus, redditibus et proventibus beneficiorum huiusmodi pro toto tempore vacationis eorum per felicis recordationis Benedictum papam XII predecessorem nostrum olim facte de cetero non procedant. Per hoc tamen preiudicare Camere prefate non intendimus, quominus ea, que pro fructibus, redditibus et proventibus, qui hactenus ex predictis beneficiis obvenierunt, ex reservatione ipsa dicti predecessoris eidem debentur Camere vel spectant ad eam, possit exigere et habere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum reservationis, deputationis, ordinationis, declarationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinione, XIII kalendas iunii pontificatus nostri anno primo¹.

¹ 1342 Mai 20.

^a Ad futuram - spectantium *RV 152 Rubr.*; *RV 214 De curia*

^b a *RV 152 ad*

^c sive *RV 152 sine*

48.

RV 152 Rubr., fol. 2r Nr. 15; **RV 152**, fol. 10v; **RV 214**, fol. 18r-18v; **Mainz 463**, fol. 70r-70v; **Druck: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 33f. Nr. 162 (nach RV 152/RV 214).**

GRATIA PRO PAUPERIBUS CLERICIS DE BENEFICIIS MELIORIBUS PER RESIGNATIONEM ALIORUM^a.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dudum gratia divina favente ad apicem summi apostolatus assumpti volentes erga pauperes clericos liberalitatis apostolice ianuam aperire generales gratias universis pauperibus clericis tunc in Romana curia presentibus ac ad eam usque ad certos terminos^b accessuris iuxta formam, quam erga^c eos servare sedes apostolica consuevit, duximus concedendas ac certos examinatores super hoc deputavimus per universas provincias, ut est moris, ac deinde nonnulli ex clericis ipsis aliqua beneficia obtinentes et quidam alii, qui a predecessoribus nostris in forma simili litteras impetraverant, per quas nondum^d erant beneficia ecclesiastica assecuti, credentes in huiusmodi nostris gratiis utilius collocari obtentis beneficiis et litteris ipsis ac processibus habitis per easdem renuntiare apud sedem eandem curaverunt, sed quia, sicut habet multorum fidedignorum assertio, quamplures ex clericis antedictis, qui obtentis beneficiis seu litteris et processibus huiusmodi sub spe habendi meliores collationes renuntiaverant, ut prefertur, de collationibus eis per dictos examinatores in huiusmodi nostris gratiis assignatis minime contentantur et propterea collationes ipsas prosecuti non fuerunt hactenus nec etiam prosequuntur. Pro parte ipsorum fuit nobis^e humiliter supplicatum, ut providere ipsis in hac parte de benignitate apostolica dignemur, nos igitur eisdem clericis pio compatiens affectu ac nolentes, quod id, quod pro utilitate ipsorum fieri credebamus, eis redundet ad noxam, intendentes quoque, in quantum possumus, ipsis in hac parte de opportuno remedio providere tenore presentium ordinamus et auctoritate apostolica decernimus, quod illi ex clericis predictis, qui beneficia, que obtinebant, ut premittitur, resignaverunt, ad beneficia ipsa absque alia nova collatione liberum regressum habere valeant, dummodo tempore regressus huiusmodi ius in beneficiis ipsis acquisitum alicui^f specialiter non existat, et quod per illos, ad quos alias beneficiorum ipsorum dispositio pertinet, sine difficultate qualibet admittantur quodque alii ex clericis ipsis, qui litteris et processibus predictis renuntiaverunt, ut premittitur, quique de collationibus assignatis eisdem in dictis nostris gratiis minime sunt contenti nec eas intendunt prosequi,

renuntiationibus predictis et gratiis^g per nos, ut premittitur, eis factis et quibusvis constitutionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus litteris et processibus ipsis perinde uti valeant et eorum gaudere commodo et effectum consequi ex eisdem^h sine tamen iuris preiudicio alieni, ac si numquam renuntiassent litteris et processibus supradictis. Volumus autem, quod, postquam dicti clerici, qui, ut prefertur, obtenta per eos beneficia resignaverunt, ad illa regressum habuerint et ea pacifice possederint, nec non et reliqui, qui litteris a dictis predecessoribus nostris, ut prefertur, obtentis et processibus habitis per easdem renuntiaverunt, postquam litteris et processibus huiusmodi ipsos velle uti eisque gaudere constiterit, dicte collationes in nostris gratiis per dictos examinatores ipsis clericis assignate et quidquid ex eis secutum existit, sint irritae, nulle, vacuae et inanes ac nullius ex tunc existant roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam nostre ordinationis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud Villamnovam Avinionensis¹ diocesis, X kalendas septembris pontificatus nostriⁱ anno primo².

¹ *Villeneuve-les-Avignon, Languedoc-Roussillon-Midi-Pyrénées, Frankreich.*

² *1342 August 23.*

^a Gratia - aliorum *Mainz 463; RV 152 Rubr.* Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatur, quod clerici, qui pro habendis gratiis in forma pauperum renuntiaverunt beneficiis, que tenebant, vel gratiis, quas auctoritate predecessorum expectabant, si collationibus eis assignatis non sint contenti nec eas intendunt prosequi, beneficia resignata possint libere recuperare, si non sit aliis in eis interim ius quesitum, et gratiis resignatis uti sine iuris preiudicio alieni

^b *Mainz 463 folgt* alias

^c erga *Mainz 463* ergo

^d *Mainz 463 folgt* se

^e nobis *Mainz 463* non

^f alicui *Mainz 463* aliter

^g et gratiis *fehlt Mainz 463*

^h ex eisdem *fehlt Mainz 463*

ⁱ pontificatus nostri *fehlt RV 152, RV 214*

49.

RV 152 Rubr., fol. 2r Nr. 16; **RV 152**, fol. 11r; **RV 214**, fol. 18v-19r Nr. 16; **Teildruck: LUX, Constitutionum S. 84 Nr. 31; Regest: RIEZLER, Vatikanische Akten S. 765 Nr. 2121 (RV 152); Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 40 Nr. 174.**

AD FUTURAM REI MEMORIAM. RESERVANTUR USQUE AD DUOS ANNOS APOSTOLICE SEDI PROVISIONES OMNIUM PRELATURARUM, PRIORATUUM ET ECCLESiarUM INFRA INSULAM SICILIE CONSISTENTIUM, IN QUIBUS PRELATI SEU RECTORES CONSUEVERUNT PER ELECTIONEM ASSUMI^a.

Ad futuram rei memoriam. Dum statum miserabilem insule Sicilie, que propter inobedientias et excessus nefandos varios contra Romanam ecclesiam commissos ibidem interdicto ecclesiastico subiaceret ac diu subiacuisse noscitur, mentis oculis intuemur, eidem more paterno compatimur piis desideriis affectantes, quod per veram obedientiam et satisfactionem debitam a suis relevari periculosis opprobriis et ad statum dirigi prosperum mereatur. Cum autem propter hec et alia circa premissa diligentius attendenda opportunum admodum extimetur, quod in ecclesiis presertim cathedralibus et aliis locis ecclesiasticis eiusdem insule precipuis prelati et rectores preficiantur idonei, per quorum fidelitatem et circumspectam industriam ecclesiarum et locorum predictorum posse provideri utilitatibus et salubriter consuli statui supradicto speretur. Nos hiis et aliis causis honestis et rationabilibus animum nostrum ad id moventibus nonnullorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum in hac parte vestigiis inherentes provisiones et dispositiones omnium et singularum archiepiscopalium, episcopalium et collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum et prioratum conventualium regularium et secularium exemptorum et non exemptorum nunc vacantium et in antea vacaturorum infra dictam insulam consistentium, in quibus^b prelati seu rectores consueverunt per electionem assumi, si, cum et quotiens casus vacationis emergerit, usque ad biennium a prima die iunii proximo instantis¹, quo terminabitur tempus reservationis per felicis recordationis Benedictum papam XII predecessorem nostrum olim de illis facte, in antea computandum nobis et sedi apostolice auctoritate apostolica reservamus, universis ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum et prioratum predictorum capitulis, collegiis et conventibus ac personis districtius inhibentes, ne in eis huiusmodi reservatione durante ad electionem, postulationem vel provisionem aliquam presumant procedere quoquo modo, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super ipsos per quosvis alios quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit

super hiis attemptari. Ceterum volumus et nostre intentionis existit, quod reservatio, inhibi-
tio et decretum huiusmodi ad monasteria monialium et aliarum religiosarum mulierum et
ad ecclesias vel prioratus non conventuales, seu quorum fructus, redditus et proventus
annui summam quinquaginta florenorum auri secundum communem estimationem non
excedunt, nullatenus extendantur. Nulli ergo etc. nostre reservationis, inhibitionis, constitu-
tionis, voluntatis et intentionis infringere etc. Datum Avinione, III nonas maii anno primo².

¹ 1343 Juni 1.

² 1343 Mai 5.

^a Ad - assumi *RV 152 Rubr.*

^b quibus *RV 152, RV 214* quibusvis

50.

RV 157 Rubr., fol. 1v Nr. 37; **RV 157**, fol. 8v; **Druck:** *Clément VI, Lettres closes ... autres que la France S. 44 Nr. 329; ZUTSHI, Petitions S. 98 (beide nach RV 157).*

AD PERPETUAM REI MEMORIAM INHIBETUR, NE ALIQUI SUPPLICATIONES SUAS PROICIANT IN PRESENTIA PAPE, NISI PRIUS PER EUM FUERINT PETITE VEL ALIAS PETI AUT RECIPI MANDAVERIT EASDEM^a.

Ad perpetuam rei memoriam. Quia, sicut frequenter experimento didicimus, nonnulli gravitate morum ac erga nos reverentie debito proculpulsis, cum sumus in consistorio, et alias, cum equitamus, coram nobis et quandoque super nos in eis etiam lapides includendo ausibus presumptuosis supplicationes non sine turbatione nostra proicere temere presumpserunt hactenus et presumunt, nos talium effrenatam audaciam propter bonum modestie observandum reprimere opportune provisionis remedio intendentes universis et singulis, cuiuscumque conditionis existant, tenore presentium districtius inhibemus, ne de cetero in conspectu nostro, cum in consistorio sive alibi fuerimus, aliquas supplicationes, nisi nos illas peteremus ab eis aut peti vel recipi mandaremus, taliter proicere quoquo modo presumant. Contrarium vero presumentes, si clerici fuerint, ad quevis obtinenda ecclesiastica beneficia inhabiles reddimus, si vero laici excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Nulli ergo etc. nostre inhibitionis, inhabilitationis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, V kalendas decembris anno secundo¹.

¹ 1343 November 27.

^a Ad - easdem RV 157 Rubr.

51.

RV 137 Rubr., fol. 21r Nr. 1089 (= a), Nr. 1080 (= b); **RV 137**, fol. 266r-267v (= a), fol. 267v-268r (= b); **Mainz 463**, fol. 71r-72v; **Regest:** *Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 436 Nr. 821, Sp. 439f. Nr. 826.*

CONSTITUTIO COLLECTIONIS FRUCTUUM PRIMI ANNI VEL UNIUS ANNI ALTERIUS^a.

RV 137(a).	RV 137(b), Mainz 463.
------------	-----------------------

Ad futuram rei memoriam.	Clemens etc., venerabili fratribus Stephano ¹ Cassinensi et Guilielmo ² Foroiuliensi episcopis thesaurariis nostris, salutem et apostolicam benedictionem.
--------------------------	--

Multiplicium necessitates onerum, quibus Camera nostra importabiliter premebatur sicut adhuc premitur, et raritatem^b ipsius proventuum ad eadem onera supportanda minime sufficientium dudum attenta consideratione pensantes et attendentes, quod erat necessario eidem Camere pro relevandis et supportandis utilius necessitatibus huiusmodi modis honestis et licitis succurrendum fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum, administrationum et officiorum, prioratum et aliorum quorumcumque locorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum, que apud sedem apostolicam vel ubicumque alibi ad dispositionem nostram ex generali vel speciali nostra seu predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantia tunc vacabant vel ex tunc usque ad duos annos vacare contingeret - ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis expressim exceptis - percipiendos^c modis infra-scriptis et in necessitates^d convertendos^e predictas auctoritate apostolica videlicet XIII kalendas iunii pontificatus nostri anno^f primo³ reservavimus et eidem Camere duximus applicandos, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, prioratus vel officia forent, iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus^g huiusmodi primi anni ex privilegio dicte sedis vel alias de iure seu quacumque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus deberent sive ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuissent vel etiam deputati seu contingeret medio tempore deputari aut si fuissent in usus alios convertendi. Voluimus^h autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodemⁱ anno vacaret, nonnisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxationem decime reciperentur ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, Camera predicta^j perciperet, totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente, nisi forte dicta Camera residuum huiusmodi mallet^k percipere et habere et obtinentibus beneficia ipsa pro supportandis eorum oneribus et habenda

¹ *Stephanus Cambaruti.*

² *Guilielmus de Albussaco.*

sustentatione summam, pro qua beneficia ipsa taxantur in decima, remanere, super quo eidem Camere recipiendi videlicet taxationem vel residuum predictum relinquimus optionem, sic tamen quod quidquid eadem Camera eligeret, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes tenerentur de parte, quam eadem Camera eis^l, ut prefertur, dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicta vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integraliter dimittere Camere sepefate, quo casu ipsa Camera haberet beneficiis ipsis quoad curam animarum, si eis immineret, nec non et in divinis^m officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbencia onera supportari. De illis autem beneficiis, que taxata non existerent ad decimam, duximus ordinandumⁿ, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas ad prefatam Cameram, alia vero medietas ad^o obtinentes eadem beneficia pertinere deberet modis, formis et conditionibus, quibus de aliis beneficiis est expressum. Ceterum voluimus et auctoritate predicta^p declaravimus, quod reservatio et deputatio huiusmodi non extenderentur ad cathedrales ecclesias vel ad abbatias regulares, que tamen conventuales existerent, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem^q librarum Turonensium parvorum non excederent vel que ex causa permutationis vacare tempore predicto contingeret seu ad vicarias vel capellanias ut plurimum a decedentibus secundum morem^r diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro^s decedentibus celebrandis eisdem^t certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti vel alias, ut diurnis et nocturnis canonicis horis interesset, dummodo viginti^u librarum Turonensium parvorum valorem annum non excederent sive ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certam quid deputata noscerentur, nisi ad illa vel illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis non interessent canonicis, elargiri. Rursus voluimus, quod illi, quibus fructus, redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum debebantur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno secundo illos^v reciperent sicut primo anno recepturi erant^w, si non obstarent reservatio et deputatio supradicte^x. Demum voluimus et nostre intentionis extitit, quod reservationes de fructibus, redditibus et proventibus^y huiusmodi pro toto tempore vacationis eorum per felicis recordationis Benedictum papam XII predecessorem nostrum facte olim ex tunc non procederent, non intendentes propter hoc Camere preiudicare predictae^z, quominus ea, que^{aa} pro fructibus, redditibus et proventibus,

³ 1342 Mai 20.

qui tunc ex eisdem beneficiis provenerant et debebantur eidem Camere ratione reservationis predecessoris eiusdem^{bb} vel spectabant ad eam, posset exigere et habere^{cc}.

<p>Sane quia finis dicti biennii instare noscitur, nondum subductis necessitatibus supradictis nos reservationem et deputationem predictas usque ad duos annos continuos a fine dicti biennii in antea computandos prorogamus et extendimus sub modis, formis et expressionibus supradictis. Nulli ergo etc. Datum Avinione, IIII idus maii anno secundo⁴.</p>	<p>Sane quia nuper finis dicti biennii noscebatur tunc instare nondum subductis necessitatibus supradictis, nos reservationem et deputationem predictas usque ad duos annos continuos^{dd} a fine dicti biennii in antea computandos prorogandas et extendendas duximus sub modis, formis et expressionibus supradictis. Volentes igitur fructus, redditus et proventus huiusmodi per dictum biennium iuxta prorogationem et extensionem predictas exigi, nomine dicte Camere colligi et levare fraternitati vestre, de qua fiduciam in Domino gerimus pleniorum, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos ac quilibet vestrum in solidum per vos ac collectores per vos et vestrum quemlibet, ubi et quotiens necessarium vel opportunum vobis videbitur, deputandos eosdem fructus, redditus et proventus secundum formam et tenorem predictarum prorogationis et extensionis petere, colligere, exigere ac recipere ad opus et nomine predictae Camere cum integritate curetis, contradictores contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescendo^{ee}, non obstante, si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per</p>
---	--

⁴ 1344 Mai 12.

	<p>litteras apostolicas^{ff} non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Voluimus autem, quod collectores predicti per vos vel alterum vestrum super hiis deputandi possint et valeant subcollectores suos deputare ipsosque revocare ac alios surrogare, ubi, quando et super quibus eis videbitur expedire. Qui quidem subcollectores eandem censuram ecclesiasticam, quam habebunt prefati collectores deputantes eosdem, exercere valeant in rebelles. Datum Avinionne, idus maii pontificatus nostri^{gg} anno secundo⁵.</p>
--	--

⁵ 1344 Mai 15.

^a Constitutio - alterius *Mainz 463*; *RV 137 Rubr.(a)* Prorogatio reservationis fructuum et proventuum primi anni beneficiorum reservatorum; *RV 137 Rubr.(b)* Stephano Cassinensi et Guilielmo Foroiulensi episcopis thesaurariis, ut dictos fructus per se vel alios colligant

^b raritatem *RV 137(b)* caritatem

^c percipiendos *Mainz 463* percipiendis

^d necessitates *RV 137(a)* necessitatibus

^e convertendos *fehlt Mainz 463*

^f anno *fehlt RV 137(a)*

^g et proventus *fehlt Mainz 463*

^h Voluimus *RV 137(a+b)* volumus

ⁱ eodem *Mainz 463* in

^j Camera predicta *Mainz 463* Camere predictae

^k mallet *Mainz 463* vellet

^l eis *fehlt Mainz 463*

^m divinis *Mainz 463* dictis

ⁿ *Mainz 463* folgt videlicet

^o medieats ad *fehlt RV 137(a+b)*; ad *Mainz 463* ab

^p et auctoritate predicta *Mainz 463* quod predictarum litterarum nostrarum

^q decem *Mainz 463* X

^r morem *Mainz 463* mortem

^s pro *Mainz 463* quod ipsas

^t eisdem *fehlt Mainz 463*

^u viginti *Mainz 463* XX

^v illis *RV 137(a+b)* illis

^w recepturi erant *Mainz 463* fuerant

^x supradictae *Mainz 463* Camere nostre percepturi

^y *Mainz 463* beneficiorum

^z non - predictae *Mainz 463* per hoc tamen preiudicare Camere nostre non intelleximus

^{aa} que *fehlt Mainz 463*

^{bb} ex eisdem - eiusdem *Mainz 463* a predictis beneficiis obvenerant et ex reservatione predicta eiusdem predecessoris eidem debeantur obtinere

^{cc} contrariis - habere *RV 137(b)* etc. ut supra proxime verbis competenter contentis usque „Sane“

^{dd} continuos *fehlt Mainz 463*

^{ee} per - compescendo *RV 138(b)* etc.

^{ff} apostolicas *fehlt Mainz 463*

^{gg} pontificatus nostri *fehlt RV 138(b)*

52.

Reg. Vat. 138, fol. 209 Nr. 806; Reg. Vat. 163, fol. \$\$\$ Nr. 3 de curia (nicht kollationiert); Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 406 Nr. 1468. (Verlängerung von Nr. 30 und 49)

Ad futuram rei memoriam. Dudum diligentius attendentes (prorogatur usque ad aliud biennium in regno Sicilie et terris citra Farum reservatio omnium et singularum ecclesiarum cathedralium nec non monasteriorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum preterquam monialium et aliarum religiosarum), Avinione, II nonas februarii anno tertio.

53. (52)

RV 138 Rubr., fol. 2v; RV 138 fol. 41v-42r; Teildruck: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1/2 Sp. 89-91 Nr. 958 (nach RV 138).

RESERVATIO FRUCTUUM OMNIUM BENEFICIORUM ETC. USQUE AD BIENNIUM EX CAUSA PERMUTATIONIS VACANTIUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Dudum onera multiplicia expensarum, quibus premebatur nostra Camera, sicut adhuc premitur, ac raritatem ipsius proventuum ad eadem onera supportanda minime sufficientium attendentes et volentes eidem Camere sic oppresse de alicuius subventionis remedio providere, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum, administrationum et officiorum, prioratum et aliorum quorumcumque locorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum, que apud sedem apostolicam vel ubicumque alibi ad dispositionem nostram ex generali vel speciali nostra seu predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantia tunc vacabunt vel ex tunc usque ad certum tempus vacare contingeret - ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis -, percipiendos modis infrascriptis et in necessitates convertendos predictos auctoritate apostolica reservavimus et eidem Camere duximus applicandos, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, prioratus vel officia forent - iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacumque firmitate alia roboratis - aut si fructus, redditus et

proventus huiusmodi primi anni ex privilegio dicte sedis vel alias de iure seu quacumque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus deberentur sive ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuissent vel etiam deputati, seu contingeret medio tempore deputari, aut si fuissent in usus alios convertendi. Voluimus autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries in anno vacaret, nonnisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxationem decime reciperentur, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, Camera predicta perciperet, totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente, nisi forte dicta Camera residuum huiusmodi mallet percipere et habere ac obtinentibus beneficia ipsa pro supportandis eorum oneribus et habenda sustentatione summam, pro qua beneficia eadem taxantur in decima, remanere, super quo eidem Camere recipiendi videlicet taxationem vel residuum predictum reliquimus optionem, sic tamen quod, quidquid eadem Camera eligeret, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes tenerentur de parte, quam eadem Camera, ut prefertur, dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integraliter dimittere Camere supradicte, quo casu eadem Camera haberet beneficiis huiusmodi quoad curam animarum, si eis immineret, nec non et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbentia onera supportari. De illis autem beneficiis, que taxata non essent ad decimam, duximus ordinandum videlicet, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas^b ad prefatam Cameram, alia vero medietas ad obtinentes eadem beneficia pertinere deberet modis, formis et conditionibus, quibus de aliis beneficiis est expressum. Ceterum voluimus et predictarum litterarum nostrarum tenore^c declaravimus, quod reservatio et deputatio huiusmodi non extenderentur ad cathedrales ecclesias vel ad abbatias regulares, que tamen conventuales existerent, aut beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum Turonensium parvorum non excederent vel que ex causa permutationis vacare tempore predicto contingeret seu ad vicarias aut capellanas ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti vel alias, ut diurnis et nocturnis canonicis horis interesset, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annum non excederent, sive ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputate noscerentur, nisi ad illa vel illas, que illis, qui essent in civitate vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis non interessent canonicis, elargiri. Rursus voluimus, quod illi,

quibus fructus, redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum debebantur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno secundo illos reciperent, sicut primo anno fuissent, si non obstarent reservatio et deputatio nostre huiusmodi, percepturi¹. Et licet tunc ex certis causis ad hoc animum nostrum moventibus beneficia huiusmodi, que vacare contingeret ex causa permutationis excipienda expresse duxerimus a reservatione et applicatione predictis, nunc tamen eisdem causis cessantibus ea volentes infra illas includi fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum, administrationum, prioratum, officiorum et locorum ecclesiasticorum quorumcumque, que ex causa permutationis in nostris vel alterius auctoritate nostra manibus usque ad duos annos a data presentium computandos faciende vacare contigerit, reservamus auctoritate apostolica et eidem Camere applicamus percipiendos modis, formis et conditionibus superius denotatis. Nulli ergo etc. Datum Avinione, V idus iulii anno tertio².

¹ = Nr. 48.

² 1344 Juli 11.

^a Reservatio - vacantium RV 138 Rubr.

^b medietas RV 138 medietatis

^c tenore fehlt RV 138

54. (53)

RA 79, fol. 24r (Rubrik), fol. 299v-300r (z.T. verblasst); **RV 138 Rubr.**, fol. 12v Nr. 806; **RV 138**, fol. 209r-209v; **RV 163**, fol. 1v; **Regest**: -.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. EXTENDITUR ET PROROGATUR RESERVATIO OMNIUM ET SINGULARUM ECCLESiarUM CATHEDRALIUM NEC NON MONASTERIORUM QUORUMLIBET EXEMPTORUM ET NON EXEMPTORUM PRETERQUAM MONIALIUM ET ALIARUM MULIERUM RELIGIOSARUM IN REGNO SICILIE ET TERRIS CITRA FARUM USQUE AD ALIUD BIENNIUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Dudum diligentius attendentes, quod regno Sicilie et terris citra Farum, que de nostro et ecclesie Romane directo dominio existere dinoscuntur, opportunum non modicum existebat, quod in ecclesiis cathedralibus et locis ecclesiasticis sollempnibus regni et terrarum ipsorum prelati et rectores per apostolice sedis providentiam circumspectam preficerentur idonei, qui statum eorundem regni et terrarum zelantes prosperum et pacificum eisdem ecclesiis et locis scirent, vellent et possent preesse utiliter et prodesse suos subditos in fidelitatis et devotionis rectitudine instruendo iugiter et tenendo, nos^b, qui regnum et terras predicta gratiosis et benevolis oculis iugiter intuemur, hiis et aliis

iustis et honestis moti considerationibus cum fratribus nostris deliberatione prehabita et de ipsorum consilio provisiones et dispositiones omnium et singularum ecclesiarum cathedralium nec non et monasteriorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum in eisdem regno et terris consistentium tunc vacantium et in antea vacaturorum videlicet VIII idus februarii pontificatus nostri anno primo¹ usque ad biennium ex tunc in antea computandum nobis et sedi apostolice reservantes^c districtius duximus inhibendum capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum predictorum ac aliis, quorum intererat vel poterat interesse, ne ad electionem, postulationem, nominationem vel aliam quamcumque provisionem prelatorum proficiendorum in eis contra reservationem nostram huiusmodi presumerent procedere quoquo modo, et decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus per quoscumque super hiis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Sane quia dicti biennii finis instare noscitur, nos eisdem considerationibus moti pariter et inducti huiusmodi reservationem, inhibitionem et decretum a fine dicti biennii usque ad aliud biennium ex tunc continue subsequentem tenore presentium auctoritate apostolica extendimus et etiam prorogamus. Nulli ergo etc. nostre extensionis et prorogationis infringere etc. Datum Avinione, III nonas februarii anno tertio².

¹ 1343 Februar 6; = Nr. 30.

² 1345 Februar 3.

^a Ad - biennium RA 79; RV 138 Rubr. Qualiter reservavit usque ad biennium provisionem ecclesiarum cathedralium etc. regni Sicilie et Terrarum citra Farum

^b RV 138 folgt hiis

^c reservantes RV 138 reservationes

55. (54)

RA 79, fol. 24r (Rubrik), fol. 300r-300v (z.T. verblasst); **RV 138 Rubr.**, fol. 12v Nr. 807; **RV 138**, fol. 209v-210r; **RV 163**, fol. 1v-2r (nicht kollationiert); **Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 1 Sp. 406 Nr. 1469.**

AD FUTURAM REI MEMORIAM. EXTENDITUR ET PROROGATUR RESERVATIO OMNIUM ET SINGULARUM ECCLESiarUM ARCHIEPISCOPALIUm ET EPISCOPALIUm AC COLLEGIATARUM ECCLESiarUM NEC NON ABBATiarUM, MONASTERIORUM ET PRIORATUUM CONVENTUALIUm REGULARIUM ET SECULARIUm EXEMPTORUM ET NON EXEMPTORUM IN TERRIS ROMANE ECCLESIE CONSISTENTIUM USQUE AD ALIUd BIENNIUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Attendentes dudum ecclesie Romane ac subditorum suorum in terris et provinciis eidem immediate subiectis degentium multipliciter expedire, quod in

ecclesiis presertim cathedralibus ac monasteriis et aliis ecclesiasticis locis precipuis infra predictas terras et provincias consistentibus prelati et rectores per circumspectam apostolice sedis providentiam preficerentur idonei, qui nobis et eidem Romane ecclesie fideles et devoti pacem et quietem dictorum subditorum, quererent et foverent, scirentque possent et vellent et eisdem ecclesiis, monasteriis et locis preesse utiliter et prodesse, nos nonnullorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis super hiis inherentes premissis et aliis certis considerationibus ad id nos rationabiliter inducentibus provisiones omnium et singularum archiepiscopalium et episcopalium ac collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum et prioratum conventualium regularium et secularium exemptorum et non exemptorum^b infra terras et provincias predictas consistentium tunc vacantium vel vacaturorum in antea, in quibus prelati seu rectores consueverunt per electionem assumi, quotiens eas aut ea vel eos seu aliquam vel aliquas sive aliquem ipsorum vacare contingeret, dispositioni nostre ac sedis predictae usque ad biennium auctoritate apostolica duximus reservandas, universis ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum et prioratum predictorum capitulis, collegiis, conventibus et personis districtius inhibendo, ne in eisdem ad electionem, postulationem vel provisionem aliquam, si, cum et quotiens vacationis casus in eis acciderit, tempore reservationis predictae presumerent procedere quoquo modo, et decernendo ex tunc irritum et inane, si secus per ipsos vel quosvis alios quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Rursus volumus et nostre intentionis extitit^c, quod huiusmodi reservatio, inhibitio et decretum ad monasteria monialium et aliarum religiosarum mulierum et ad ecclesias vel prioratus non conventuales seu quorum fructus, redditus et proventus annui summam quinquaginta florenorum auri secundum verum valorem non excederent nequaquam intelligerentur extendi, sicut in nostris litteris inde confectis plenius continetur¹. Sane quia tempus reservationis huiusmodi biennalis kalendis iunii futuris proximo² debet terminari, nos eisdem motu, **causis et rationibus reservationem, inhibitionem et decretum predicta modo et forma expressis superius ab eisdem kalendis iunii usque ad biennium ex tunc continue computandum auctoritate predicta extendimus tenore presentium et etiam prorogamus. Nulli ergo etc. nostre extensionis et prorogationis infringere etc. Datum Avinione, II nonas februarii anno tertio^{d3}.**

¹ = Nr. 35.

² 1345 Juni 1.

³ 1345 Februar 4.

^a Ad - biennium RA 79; RV 138 Qualiter prorogavit predictam reservationem

^b non exemptorum *fehlt* RV 163

^c extitit RA 79, RV 163 existit

^d Layoutendnote

56. (55)

RV 139 Rubr., fol. 24r Nr. 1468; **RV 139**, fol. 314v-315v; **Regest:** Clément VI, *Lettres closes ... à la France* 2/1 S. 143 Nr. 2459. (*Große Teile von Nr. ... übernommen*).

PROROGATIO FRUCTUUM OMNIUM BENEFICIORUM USQUE AD BIENNIUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Attendentes dudum, quod proventus Camere nostre nimium exigui et exiles ad ipsius onera multiplicia, que inevitabiliter et continue incumbunt, eidem sufficere non valebant, et providere super hoc, sicut exigebat necessitas, honestis modis et licitis cupientes fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum, administrationum et officiorum, prioratum ac aliorum quorumcumque locorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum, que apud sedem apostolicam vel ubicumque alibi ad dispositionem nostram ex generali vel speciali nostra seu predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantia tunc vacabant vel ex tunc usque ad duos annos vacare contingeret - ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis expressim exceptis - percipiendos modis infrascriptis et in necessitates convertendos predictas auctoritate apostolica videlicet XIII kalendas iunii pontificatus nostri anno primo¹ reservavimus et eidem Camere pro supportandis utilius necessitatibus huiusmodi duximus applicandos, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, prioratus vel officia forent, iuramento, confirmatione dicte sedis seu quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio dicte sedis vel alias de iure seu quacumque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus deberentur sive^b ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuissent vel etiam deputati seu contingeret medio tempore deputari aut si fuissent in usus alios convertendi. Voluimus autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodem anno vacaret, nonnisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxationem decime reciperentur, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, Camera predicta perciperet totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente, nisi forte dicta Camera re-

siduum huiusmodi mallet percipere et habere ac obtinentibus beneficia ipsa pro supportandis eorum oneribus et habenda sustentatione summam, pro qua beneficia eadem taxantur in decima, remanere, super quo^c eidem Camere recipiendi videlicet taxationem vel residuum predictum reliquimus optionem, sic tamen quod, quidquid eadem Camera eligeret, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes tenerentur de parte, quam eadem Camera eis, ut prefertur, dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integraliter dimittere Camere prelibate, quo casu ipsa Camera haberet beneficiis ipsis quoad curam animarum, si eis immineret, nec non et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbentia onera supportari. De illis autem beneficiis, que taxata non existerent ad decimam, duximus ordinandum *, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas ad prefatam Camera, alia vero * ad obtinentes eadem beneficia pertinere deberet modis, formis et conditionibus, quibus de aliis beneficiis est expressum. Ceterum voluimus auctoritate apostolica declaravimus, quod reservatio et deputatio huiusmodi non extenderentur ad cathedrales ecclesias vel * abbatias regulares, que tamen conventuales existerent, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum parvorum Turonensium non excederent vel que ex causa permutationis vacare tempore predicto contingeret seu ad vicarias aut capellanas ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro * decedentibus celebrandas eisdem certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti vel alias, ut diurnis et nocturnis canonicis horis interesset, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annum non excederent, sive ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que ad certum quid deputata noscerentur, nisi ad illa vel illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis non interessent canonicis, elargiri. Rursus voluimus^d, quod illi, quibus fructus, redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum debebantur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno secundo illos reciperent, sicut primo anno recepturi erant, si non obstarent reservatio et deputatio supradicte. Demum voluimus^e et nostre intentionis extitit, quod reservationes de fructibus, redditibus et proventibus huiusmodi pro toto tempore vacationis eorum per felicis recordationis Benedictum papam XII predecessorem nostrum facte² olim ex tunc

¹ = Nr. 48.

² = *Benedikt XII. Nr. 32B.*

non procederent, sed per hoc non intelleximus Camere preiudicare predictae, quominus ea, que pro fructibus, redditibus et proventibus, qui tunc ex eisdem beneficiis pervenerant et debebantur eidem Camere ratione reservationis predecessoris eiusdem vel spectabant ad eam, posse exigere et habere. Subsequenter autem instante fine biennii supradicti eidem necessitatibus non subductis, nos easdem reservationem et deputationem usque ad duos annos continuos a fine predicti biennii computandos prorogandas duximus et etiam extendendas sub modis, formis et expressionibus supradictis.³ Porro cum terminus huiusmodi prorogationis et extensionis appropinquare noscitur, huiusmodi necessitates non sint diminue, sed aucte, nos a fine huiusmodi secundi biennii reservationem et applicationem easdem usque ad aliud biennium tenore presentium prorogamus et extendimus sub modis, formis, conditionibus et expressionibus supradictis adicientes nihilominus et volentes, quod beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura etiam canonicatus, prebende, dignitates, personatus, administrationes, officia et alia quecumque, que dicto durante biennio ex causa permutationis per nos vel auctoritate nostra faciende de illis vacabunt aut que per nos alicui vel aliquibus, ut in illis remanere securius valeant, confirmari contigerit sive qualitercumque per modum confirmationis vel alias ius per nostras litteras eis tribuatur, in illis, que vigore quarumcumque unionum de illis quibusvis monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut cuicumque loco vel religioni factarum hactenus et faciendarum in posterum, cum per cessum vel decessum illorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut loco vel religioni devenire infra biennium predictum continget, sub reservatione ac applicatione predictis comprehendantur, modis, formis et conditionibus, quibus de aliis beneficiis expressum est superius, et etiam inculdantur. Nulli ergo etc. Datum Avinione, II kalendas maii anno quarto⁴.

³ = Nr. 50.

⁴ 1346 April 30.

^a Prorogatio - biennium RV 139 Rubr.

^b sive RV 139 sicut

^c quo *fehlt* RV 139

^d voluimus RV 139 noluiimus

^e voluimus RV 139 noluiimus

57. (56)

RV 140 Rubr., fol. 8v Nr. 474; **RV 140**, fol. 112v-113r; **Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 2 S.** 240 Nr. 2782.

DECLARATIO PAPE, QUOD PROPTER RESERVATIONEM FRUCTUUM PRIME ANNATE BENEFICIORUM NON INTENDIT PREIUDICARE ILLIS, QUI PRIVILEGIO, CONSUEtudINE VEL STATUTO FRUCTUS PRIME ANNATE RECIPERE DEBENT ETC., SED VULT, QUOD SECUNDO ANNO PERCIPIANT^a.

Dilecto filio .. officiali Lemovicensi¹. Dudum certis causis rationabilibus fructus, redditus et proventus unius anni quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura etiam dignitatum, personatum, prioratum, administrationum, officiorum et aliorum quorumcumque locorum ecclesiasticorum ubicumque consistentium tunc vacantium et in antea vacaturorum ad nostram dispositionem ex speciali vel generali nostra vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vel alias immediate spectantium sub certis modis et formis usque ad certi temporis spatium reservandos per nostras litteras duximus et nostre Camere applicandos et licet nostre intentionis exiterit et existat, quod Camera ipsa primo anno iuxta moderationem contentam in eisdem nostris litteris fructus, redditus et proventus recipiat supradictos, propter hoc tamen non intelleximus, quod prelati vel quibusvis aliis, quibus huiusmodi fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum predictorum de iure aut privilegio, consuetudine vel statuto debentur, derogeretur in aliquo, quominus illos secundo anno percipiant, sicut essent primo anno, si non obstarent reservatio et applicatio nostre huiusmodi, recepturi, sicut in eisdem nostris litteris plenius est expressum. Verum, sicut dilectus filius .. abbas monasterii de Userchia² ordinis sancti Benedicti Lemovicensis diocesis nobis conquerendo monstravit, licet de antiqua consuetudine dicti monasterii fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum vacantium ad ipsum monasterium spectantium ad eundem abbatem pertineant et ad predecessores suos abbates sepefati monasterii pertinuerint ab antiquo, tamen quedama persone ipsius monasterii, que aliqua de beneficiis predictis obtinuerunt sibi conferri a nobis, quia Camera nostra predicta fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum secundum tenorem et moderationem reservationis et applicationis predictarum recipiet primo anno, eidem abbati respondere contradicunt secundo anno de illis. Nostre igitur provisionis remedio per eundem abbatem super hiis humiliter implorato discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si, quod de consuetudine predicta proponitur, veritate fulcitur, eidem abbati de huiusmodi fructibus, redditibus et proventibus iuxta moderationem felicitis recordationis Iohannis pape XXII predecessoris nostri super hoc factam responderi secundo anno facias, sicut primo anno, si reservatio et applicatio nostre non obstarent huiusmodi,

¹ *Limoges, Limousin, Frankreich.*

² *Uzerche, Limousin, Frankreich.*

eos recipere debuisset, contradictores etc. Datum Avinione, III nonas septembris anno quinto³.

³ 1346 September 3.

^a Declaratio - percipiant RV 140

58. (57)

RV 140 Rubr., fol. 21v Nr. 1202; **RV 140**, fol. 268v-269r; **Regest: Clément VI, Lettres closes ... autres que la France S. 165 Nr. 1310; Clément VI, Lettres closes ... à la France Bd. 2 S. 300 Nr. 3096.**

PROROGAT USQUE AD DUOS ANNOS RESERVATIONEM PER IPSUM FACTAM BENEFICIORUM QUORUMCUMQUE CERTIS EXCEPTIS IN REGNO SICILIE ET TERRIS CITRA FARUM CONSISTENTIUM^a.

Ad futuram rei memoriam. Ad regnum Sicilie ac Terras citra Farum, que de nostro et ecclesie Romane directo dominio existere dinoscuntur, dudum nostre considerationis intuitum dirigentes et attendentes existere multipliciter opportunum, quod in ecclesiis cathedralibus et locis ecclesiasticis solemnibus regni et terrarum ipsorum prelati et rectores per circumspectionem sedis apostolice preficerentur idonei, qui statum eorundem regni et terrarum zelantes prosperum et pacificum eisdem ecclesiis et locis scirent, vellent et possent preesse utiliter et prodesse suos subditos in fidelitatis et devotionis rectitudine instruendo iugiter et tenendo, nos, qui regnum et terras predicta (!) benevolis oculis contemplamur, hiis et aliis iustis et honestis moti considerationibus cum fratribus nostris deliberatione prehabita et de ipsorum consilio provisiones et dispositiones omnium et singularum ecclesiarum cathedralium nec non et monasteriorum quorumlibet exemptorum et non exemptorum preterquam monialium et aliarum religiosarum mulierum in eisdem regno et terris consistentium tunc vacantium et in antea vacaturorum videlicet VIII idus februarii pontificatus nostri anno primo¹ usque ad biennium ex tunc in antea computandum nobis et sedi apostolice reservantes districtius duximus inhibendum capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum predictorum ac aliis, quorum intererat vel poterat interesse, ne^b ad electionem, postulationem, nominationem vel aliam quamcumque provisionem prelatorum preficiendorum in eis contra reservationem nostram huiusmodi presumerent procedere quovis modo, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus per quoscumque super hiis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem instante fine dicti biennii nos similibus moti considerationibus huiusmodi reservationem, inhibitionem et decretum usque ad duos annos ab eodem fine dicti biennii continue computandos extendenda duximus per nostras litteras et etiam proroganda. Nunc autem, cum finis biennii extensionis et prorogationis predictarum appropinquare noscitur, nos eisdem moti causibus et rationibus supradictam reservationem, inhibitionem et decretum a fine dicti biennii

¹ 1343 Februar 6; = Nr. 30.

extensionis et prorogationis predictarum usque ad annos duos alios ex tunc continue subsequentes tenore presentium extendimus et etiam prorogamus. Nulli etc. Datum Avinione, kalendis februarii anno quinto².

² 1347 Februar 1.

^a Prorogat - consistentium RV 140

^b ne RV 140 ut

59. (58)

RV 141 Rubr., fol. 17v Nr. 331; **RV 141**, fol. 74v-75v; **Regest:** RIEZLER, *Vatikanische Akten S. 848 Nr. 2331; Clément VI, Lettres closes ... à la France Bd. 2 S. 378 Nr. 3439.*

ITEM AD FUTURAM REI MEMORIAM. SUPER RESERVATIONE FRUCTUUM BENEFICIORUM COLLATORUM IN CURIA AD SUPPORTANDUM ONERA CAMERE APOSTOLICE CONVERTENDORUM^a.

Ad perpetuam rei memoriam. Ducentes hactenus in considerationis examen, quod Camere nostre proventus tenues admodum et exiles ad supportanda multiplicia onera, que incumbabant, eidem Camere sufficere non valebant et providere super hoc, prout exigebat necessitas, honestis modis et licitis cupientes fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum nec non dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, prioratum et aliorum quorumcumque locorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum cum cura vel sine cura, que apud sedem apostolicam vel ubicumque alibi ad dispositionem nostram ex speciali vel generali nostra vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantia tunc vacabant et que tunc usque ad duos annos vacare contingeret - ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis exceptis - percipiendos modis infrascriptis et in supportationem huiusmodi onerum convertendos auctoritate nostra videlicet XIII kalendas iunii pontificatus nostri anno primo¹ reservavimus et eidem Camere pro supportandis utilius huiusmodi oneribus duximus applicandos, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, prioratus et officia forent, contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegiis dicte sedis vel alias de iure seu consuetudine aut statuto alicui vel aliquibus deberentur sive fabrice ecclesiarum, monasteriorum aut locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuissent seu etiam deputati aut contingeret

medio tempore concedi vel deputari aut si fuissent in usus alios convertendi. Voluimus autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodem anno vacaret, nonnisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxationem decime reciperentur, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxaretur, Camera predicta perciperet, totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente, nisi forte dicta Camera residuum huiusmodi mallet percipere et habere ac obtinentibus beneficia ipsa pro supportandis eorundem beneficiorum oneribus et sustentatione ipsa obtinentium summam, pro qua beneficia ipsa taxantur in decima, remanere, super que eidem Camere recipiendi videlicet taxationem vel residuum huiusmodi reliquimus optionem, sic tamen quod eadem Camera quidquid eligeret, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes tenerentur de parte, quam eadem Camera, ut prefertur, dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integre dimittere Camere prelibate. Quo casu ipsa Camera haberet beneficiis ipsis quoad curam animarum, si eis immineret, ac in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbentia onera supportari. De illis autem beneficiis, que ad decimam taxata non forent, duximus ordinandum, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas ad prefatam Cameram, alia vero medietas ad obtinentes eadem beneficia pertinererit formis, modis et conditionibus de aliis beneficiis expressatis. Voluimus etiam et auctoritate predicta duximus declarandum, quod reservatio et applicatio huiusmodi non extenderentur ad cathedrales ecclesias vel abbatias regulares, que tamen conventuales existerent, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum parvorum Turonensium non excederent vel que ex causa permutationis vacare tempore predicto contingeret, seu ad vicarias vel capellanias, ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro decedentibus celebrandas^b eisdem certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti vel alias, ut diurnis et nocturnis horis canonicis interesset, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annum non excederent, sive ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que deputata ad certum quid noscerentur, nisi ad illa seu illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis^c non interessent canonicis, elargiri. Voluimus insuper, quod illi, quibus fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum huiusmodi deberentur de iure, privilegio, consuetudine vel statuto, anno

¹ 1342 Mai 20 = Nr. 48.

secundo illos reciperent, sicut primo recepturi erunt, si non obstarent reservatio et applicatio supradicte, ac demum voluimus et nostre intentionis extitit, quod reservationes de fructibus, redditibus et proventibus huiusmodi pro toto tempore vacationis eorum per felicis recordationis Benedictum papam predecessorem nostrum olim facte ex tunc non procederent, sed per hoc non intelleximus Camere preiudicare predicte, quominus ea, que pro fructibus, redditibus et proventibus, qui tunc ex beneficiis eisdem pervenerunt et intentione reservationum predecessoris eiusdem dicte Camere debebantur vel ad eam pertinebant, posset exigere vel habere ac deinde huiusmodi necessitatibus non subductis reservationem et applicationem huiusmodi usque ad biennium continuum a fine primorum duorum annorum primo et subsequenter ad alios duos annos a fine biennii predictorum computandos sub modis, formis et conditionibus et expressionibus supradictis prorogandas duximus ac etiam extendendas. Adiacentes nihilominus in extensione ac prorogatione ultimis supradictis huiusmodi ac volentes, quod beneficia ecclesiastica etiam canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes et officia ac alia quecumque cum cura et sine cura, que predicto ultimo durante biennio ex causa permutationis per nos aut auctoritate nostra faciende de illis vacarent aut que per nos alicui vel aliquibus, ut in illis remanere securius valerent, confirmari contingeret sive qualitercumque per modum confirmationis vel alias ius per nostras litteras eis retribuere in illis seu vigore quarumcumque unionum de illis quibusvis monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut cuicumque loco vel religioni factarum hactenus et ex tunc faciendarum, cum per cessum vel decessum illorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinerent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut loco vel religioni devenire infra biennium predictum contingeret, sub reservatione, applicatione predictis comprehenderentur et includerentur modis, formis et conditionibus, qui de aliis beneficiis superius sunt expressi. Cum autem huiusmodi dicti ultimi biennii in proximo finis instet ac huiusmodi onera non diminuta, sed aucta potius dinoscantur, nos reservationem, applicationem et adiectionem ac voluntatem predictas sub modis, formis et conditionibus et expressionibus predictis usque ad biennium a fine dicti ultimi biennii computandum auctoritate apostolica tenore presentium extendimus ac etiam prorogamus. Nulli ergo etc. Datum Avinione, idus septembris anno sexto².

² 1347 September 13.

^a Item - convertendorum RV 141

^b celebrandas RV 141 celebrandis

° horis *RV 141* honoris

60. (59)

RV 142 Rubr., fol. 8v Nr. 231; RV 142, fol. 49r-51r (es folgen drei gleichlautende Briefe an andere Adressaten); RV 244M, fol. 143r+144r; Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France Nr. 2 S. 486 Nr. 3940. Aus Nr. .. Übernommenes grau unterlegt.

ITEM BERTRANDO DE COSNACO PRIORI PRIORATUS BRIVE ORDINIS SANCTI AUGUSTINI LEMOVICENSIS SUPER RESERVATIONE FRUCTUUM BENEFICIORUM VACANTIUM IN CURIA COLLATORUM^a.

Dilecto filio Bertrando de Casnaco¹ (!) priori prioratus Brive ordinis sancti Augustini Lemovicensis. Ducentes hactenus in considerationis examine, quod Camere nostre proventus tenues admodum et exiles ad supportanda multiplicia onera, que incumbabant eidem Camere sufficere non valebant, et providere super hoc, prout exigebat necessitas, honestis modis et licitis cupientes fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium exemptorum et non exemptorum cum cura vel sine cura, que apud sedem apostolicam vel ubicumque alibi ad dispositionem nostram ex speciali vel generali nostra vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum reservatione spectantia tunc vacabant et que ex tunc usque ad duos annos vacare contingeret - ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et beneficiis subscriptis exceptis - percipiendos modis infrascriptis et in supportationem huiusmodi onerum convertend(os) auctoritate nostra videlicet XIII^b kalendas iunii pontificatus nostri anno primo² reservavimus et eidem Camere pro supportandis utilius huiusmodi oneribus duximus applicandos, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes, prioratus et officia forent contentis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio dicte sedis vel alias de iure seu consuetudine aut statuto alicui vel aliquibus deberentur sive fabrice ecclesiarum, monasteriorum aut locorum quorumlibet per quoscumque concessi fuissent seu etiam deputati aut contingeret medio tempore concedi vel deputari aut si fuissent in usus alios convertendi. Voluimus^c autem, quod, si idem beneficium bis vel pluries eodem anno vacaret, nonnisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta taxationem decime reciperentur, ut scilicet summam, pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime

¹ *Bertrandus de Cosnaco.*

² *1342 Mai 20 = Nr. 48.*

solutione taxaretur, Camera predicta perciperet - totali residuo beneficia ipsa obtinentibus remanente -, nisi forte dicta Camera residuum huiusmodi mallet percipere et habere ac obtinentibus beneficia ipsa pro supportandis eorundem beneficiorum oneribus et sustentatione ipsa obtinentium summa, pro qua beneficia ipsa taxantur in decima, remanente, super quo eidem Camere recipiendi videlicet taxationem vel residuum huiusmodi reliquimus optionem, sic tamen quod, quidquid eadem Camera eligeret, onera beneficiorum ipsorum ea obtinentes tenerentur de parte, quam eadem Camera eis, ut prefertur, dimitteret, totaliter supportare, nisi obtinentes predicti vellent omnes fructus, redditus et proventus beneficiorum ipsorum per dictum annum integre dimittere Camere prelibate, quo casu ipsa Camera haberet beneficiis ipsis quoad curam animarum, si eis immineret, ac in dictis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministracione facere per personas idoneas deserviri et cetera eis incumbencia onera supportari. De illis autem beneficiis, que ad decimam taxata non fuerunt, duximus ordinandum, quod ipsorum fructuum, reddituum et proventuum medietas ad prefatam Cameram, alia vero medietas ad obtinentes eadem beneficia pertinerent modis, formis et conditionibus de aliis beneficiis expressatis. Voluimus^d autem et auctoritate predicta duximus declarandum, quod reservatio et applicatio huiusmodi non extenderentur ad cathedrales ecclesias vel abbatias regulares, que tamen conventuales existerent, aut ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annui verum valorem decem librarum parvorum Turonensium non excederent vel que ex causa permutationis vacare tempore predicto contingeret, seu ad vicarias aut capellanas ut plurimum a decedentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro decedentibus celebrandas eisdem certis constitutis redditibus presbitero inibi celebranti vel alias, ut diurnis et nocturnis horis canonicis interesset, dummodo viginti librarum Turonensium parvorum valorem annum non excederent, sive ad cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones, que deputata ad certum quid noscerentur, nisi ad illa vel illas, que illis, qui sunt in civitate vel loco presentes, consuevissent, quamvis horis non interesset canonicis, elargiri. Voluimus^e autem, quod illi, quibus fructus, redditus et proventus primi anni beneficiorum huiusmodi deberentur de iure, privilegio, confirmatione vel statuto, anno secundo illos reciperent, sicut primo anno recepturi erant, si non obstarent reservatio et applicatio supradicte ac demum voluimus et nostre intentionis extitit, quod reservationes fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi pro toto tempore vacationis eorum per felicis recordationis Benedictum papam XII predecessorem nostrum

olim facte³ ex tunc non procederent, sed per hoc non intelleximus Camere preiudicare prefate, quominus ea, que pro fructibus, redditibus et proventibus, qui tunc pro beneficiis eisdem pervenerant et ratione reservationum predecessoris^f eiusdem dicte Camere debebantur vel ad eam pertinebant, posset exigere vel habere, ac deinde huiusmodi necessitatibus non subductis nos reservationem et applicationem huiusmodi usque ad biennium continuum a fine duorum primorum annorum primo ac subsequenter ad alios duos annos a fine biennii predictorum computandos sub modis, formis, conditionibus et expressionibus supradictis prorogandas duximus ac etiam extendendas, adicientes nihilominus in extensione ac prorogatione ultimis supradictis ac volentes, quod beneficia ecclesiastica etiam canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes et officia ac alia quacumque cum cura vel sine cura, que predicto ultimo durante biennio ex causa permutationis per nos aut auctoritate nostra faciende de illis vacarent aut que per nos alicui vel aliquibus, ut in illis remanere securius valerent, confirmari contingeret sive qualitercumque per modum confirmationis vel alias ius per nostras litteras eis tribueretur in illis seu que vigore quarumcumque unionum de illis quibusvis monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut cuicumque loco vel religioni factarum hactenus et ex tunc faciendarum, cum per cessum vel decessum illorum, qui beneficia unita huiusmodi obtinerent, eisdem ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis aut loco vel religioni devenire infra biennium predictum contingeret, sub reservatione ac applicatione predictis comprehenderentur et includerentur modis, formis et conditionibus, qui de aliis beneficiis superius sunt expressi.⁴ Cum autem huiusmodi dicti ultimi biennii in proximo finis instaret ac huiusmodi onera non diminuta, sed aucta potius noscerentur, nos reservationem, applicationem et adiectionem ac voluntatem predictas sub modis, formis, conditionibus et expressionibus predictis usque ad biennium a fine dicti ultimi biennii computandum auctoritate apostolica extendendas duximus ac etiam prorogandas, de tue itaque discretionis fidelitate ac circumspeditionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, te collectorem eorundem fructuum, reddituum et proventuum tenore presentium deputamus. Quocirca discretioni tue per apostolica committimus et mandamus, quatinus per te vel alium seu alios subcollectorem seu subcollectores fide ac facultatibus idoneos, si, quando, quotiens et ubi tibi videbitur expediens, deputandos eosdem fructus, redditus et proventus iuxta huiusmodi reservationis, applicationis, prorogationis, extensionis, comprehensionsis,

³ = *Benedikt XII. Nr. 32B.*

⁴ = *Nr. \$\$\$ und \$\$\$.*

inclusionis et adiectionis tenorem exigere, petere et recipere nostro et Camere predictae nomine studeas diligenter contra quoslibet et rebelles, cuiuscumque status, ordinis, dignitatis, preeminentie vel conditionis existant, etiamsi pontificali vel quavis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus exemptionis et quibusvis aliis privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, etiamsi de illis essent in nostris litteris de verbo ad verbum specialis et expressa mentio facienda, per que tue potestatis iurisdic-tio posset impediri quomodolibet vel etiam retardari, seu si aliquibus communiter vel divi-sim a sede sit indultum predicta, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de in-dulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod eos, a quibus fructus huiusmodi recep-tis possis absolvere plenius et quietare de hiis, que inde tibi duxerint persolvenda, quod-que clericos et personas ecclesiasticas, quas occasione solutionis non facte de dictis fructibus contigerit excommunicationis aut interdicti vel suspensionis sententiis innodari, post debitam satisfactionem tibi prestatam de eisdem ab huiusmodi sententiis absolvere et cum eis super irregularitate, si qua huiusmodi ligati sententiis non tamen in contemptum clavium celebrando divina vel immiscendo se illis aut in susceptis ordinibus ministrando forsitan contraxerint, dispensare ac huiusmodi interdicti suspendere vel etiam relaxare, quodque per hoc quibuscumque commissionibus per nos factis aut in antea faciendis in quibuscumque civitatibus, diocesis atque provinciis nuntiis sedis apostolice aut personis aliis quibuscumque aut per commissiones huiusmodi presentibus litteris in nullo derogetur penitus nec aliquod preiudicium generetur. Datum Avinione, X kalendas septembris anno septimo⁵.

⁵ 1348 August 23.

^a Item - collatorum RV 142 Rubr.

^b XIII RV 142 VIII

^c Voluimus RV 142, RV 244M Volumus

^d Voluimus RV 142, RV 244M Volumus

^e Voluimus RV 142, RV 244M Volumus

^f predecessoris RV 142 predictorum

61. (60)

RA 109, fol. 26v (Rubrik), fol. 558r Nr. 96; **Reg. Vat. 192**, fol. 6 Nr. 96 (nicht kollationiert); **Regest: Clément VI, Lettres closes ... à la France 3 S. 61 Nr. 4414.**

AD FUTURAM REI MEMORIAM DECERNITUR, QUOD RESERVATIONES ET DECRETA DE CERTIS ECCLESIIS ET MONASTERIIS PER DOMINUM NOSTRUM PAPAM IN ALIQUIBUS MUNDI PARTIBUS FACTA, QUORUM FRUCTUS CERTAM QUANTITATEM ANNUAM NON EXCEDUNT, NULLATENUS EXTENDANTUR^a (!).

Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis circumspecta benignitas nonnumquam ordinata per eam revocat et commutat in melius, prout secundum varietates temporum pro commoditatibus subditorum conspicit utiliter et salubriter expedire. Dudum siquidem ex certis rationabilibus causis, que ad id nostrum animum induxerunt, provisiones omnium ecclesiarum cathedralium et monasteriorum exemptorum et non exemptorum in certis mundi partibus tunc expressis¹ consistentium, que tunc vacabant et que usque ad certi temporis spatium ex tunc in antea computandum vacare contingeret, ut pastoribus committerentur idoneis, collationi et dispositioni nostre ac sedis apostolice sub diversis temporibus ac modis et formis auctoritate apostolica duximus reservandas, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus contra reservationes nostras huiusmodi per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum autem, sicut accepimus, nonnullis ex ecclesiis et monasteriis supradictis propter ipsorum tenues facultates grave nimis existat pro ipsorum provisionibus, cum vacant, ad eandem sedem apostolicam destinare, nos ex hoc et aliis certis rationibus piis moti volumus et auctoritate predicta de nostrorum fratrum consilio decernimus, quod reservationes et decreta nostra premissa sub quacumque verborum forma generaliter facta vel edita ad ecclesias et monasteria, quorum fructus, redditus et proventus centum florenorum auri secundum communem estimationem valorem annum non excedant, nunc vacantia et in posterum vacatura nullatenus extendantur. Nulli ergo etc. nostre voluntatis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, XI kalendas martii anno octavo^{b2}.

¹ wohl Nr. 30 und 35.

² 1350 Februar 19.

^a Ad - extendantur RA 109

^b Layoutendnote

62. (61)

Coll. 456, fol. 39v; Druck: Le Souverain S. 182.

AUDITOR CONTRADICTARUM^a.

Anno domini MCCCL, die XII augusti¹, reverendus pater dominus Iohannes de lauzens² episcopus Regensis fuit receptus in officio Audientie contradictarum et prestitit iuramentum Consuetum consimile iuramento prestari solito per auditorem curie Camere domini pape. Presentibus domino Barchinonse³ et dominis Bertrando de Chaunhaco⁴, Bernardo de Nexonio⁵ et Guilielmo de Cavanhaco⁶ clericis Camere.

¹ 1350 August 12.

² Johannes Joffrevi.

³ Michael Riccomanni de Ricoma.

⁴ Bertrandus de Chaunhaco.

⁵ Bernardus de Nexonio.

⁶ Guilielmus de Cavanhaco.

^a Auditor contradictarum Coll. 456

63. (62)

RA 118, fol. 390v; **RV 206 Rubr.**, fol. 2r Nr. 3; **RV 206**, fol. 1v; **Druck**: Clément VI, *Lettres closes ... à la France* 3 Sp. 231 Nr. 5145.

AD FUTURAM REI MEMORIAM DECLARATUR, QUOD, SI ALIQUIS ALIQUID BENEFICIUM ECCLESIASTICUM NON DE IURE, SED DE FACTO DETINEAT AC ILLUD PER ASSECUTIONEM ALTERIUS BENEFICII VEL ALIAS VACARE CONTIGERIT, IPSUM SUB RESERVATIONE DOMINI NOSTRI PAPE COMPREHENDI ET PER EUM ET NON PER ALIUM POSSE ALIQUATENUS PROVIDERI.

Ad futuram rei memoriam. Sedis apostolice circumspecta benignitas more pie matris commodis filiorum libenter intendens materiam iurgiorum et litium, quibus sepe gravantur, quantum est possibile, removet et subducit. Sane nuper ad nostrum pervenit auditum, quod, cum nos dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica regularia et secularia cum cura vel sine cura, que ab aliquibus obtinentur et certo tunc expresso vel alio quovis modo vacare sperantur in brevi conferenda certis personis cum premissis vel alio modo preterquam per obitum illa obtinentium vacabunt, reservavimus cum interpositione decreti, a nonnullis dubitatur, utrum, si huiusmodi beneficia ab illis, qui ea obtinent, non de iure, sed de facto tenentur, sub nostra reservatione huiusmodi includantur et de illis possit eis per executores per nos super hoc deputatos eisdem provideri, nos igitur volentes in hac parte salubriter providere auctoritate apostolica declaramus nostre intentionis fuisse et esse huiusmodi beneficia, etiamsi ab illis, qui ea obtinent, de facto teneantur, dummodo tempore reservationis et decreti huiusmodi alias de iure vacent, sub nostra reservatione huiusmodi comprehendi et provideri posse et debere personis illis, quibus de beneficiis ipsis provideri mandamus, decernentes collationes et provisiones personis ipsis per executores per nos eis super hoc deputatos factas et faciendas plenam obtinere roboris firmitatem ac volentes non solum ad futura, sed etiam ad preterita et adhuc quoquo modo pendentia negotia hoc extendi. Nulli ergo etc. nostre declarationis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Avinione, idus ianuarii anno decimo^{a1}.

¹ 1352 Januar 13.

^a *Layoutennote*